UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio CLXXXIIII. De statu perfectionis in communi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

cum de charitate ageretur. ergo uidetur quòd ſecũdum hoc non ſit accipienda differentia ſtatuum. F

¶ 2 Præt. Status, ſicut ✳ dictum eſt, reſpicit conditionem ſeruitutis, uel libertatis, ad quam non uidetur pertinere prædicta differẽtia incipientium, proficientium, & perfectorum. ergo inconuenienter ſtatus per iſta diuiditur.

¶ 3 Præt. Incipientes, proficientes, & perfecti diſtingui uidentur ſecundum magis & minus, quod uidetur magis pertinere ad rationem gradus: ſed alia eſt diuiſio graduum & ſtatuum, ut * ſupra dictum eſt. Non ergo conuenienter diuiditur ſtatus ſecundum incipientes, proficientes, & perfectos.

Sed contra eſt, q̃d * Grego. dicit in mora. Tres ſunt modi conuerſorum, inchoatio, medietas, atq; perfectio. Et ſuper ✳ Ezech. dicit, quòd alia ſunt uirtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. G

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra † dictum eſt, ſtatus libertatem reſpicit, uel ſeruitutem. Inuenitur autem in rebus ſpiritualibus duplex ſeruitus, & duplex libertas. Vna quidem eſt ſeruitus peccati: altera uero eſt ſeruitus iuſtitiæ. Similiter etiam eſt duplex libertas. Vna quidem a peccato: alia uero a iuſtitia, ut patet per Apoſt. qui dicit ad Rom. 6. Cũ ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ: nunc uero liberati a peccato, ſerui eſtis facti Deo. Eſt autem ſeruitus peccati, uel iuſtitiæ, cum aliquis ex habitu peccati ad malum inclinatur, uel ex habitu iuſtitiæ inclinatur ad bonum. Similiter etiam libertas a peccato eſt, cum aliquis ab inclinatione peccati nõ ſuperatur. Libertas autem a iuſtitia eſt, cum aliquis propter amorem iuſtitiæ non retardatur a malo. Veruntamen quia homo ſecundum naturalem rationem ad iuſtitiam inclinatur, peccatũ autem eſt contra naturalem rationem, conſequens eſt quòd libertas a peccato ſit uera libertas, quę coniungitur ſeruituti iuſtitiæ, quia per utrumque tendit homo in id quod eſt conueniens ſibi. Et ſimiliter uera ſeruitus eſt ſeruitus peccati, cui coniungitur libertas a iuſtitia, quia. ſ. per hoc homo impeditur ab eo q̃d eſt proprium ſibi. Hoc autẽ quòd homo efficiatur ſeruus iuſtitiæ, uel peccati, cõtingit per humanum ſtudium, ſicut Apoſt. dicit ibidem. Cui exhibetis uos ſeruos ad obediendum, ſerui eius eſtis cui obediſtis ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam. In omni autem humano ſtudio eſt accipere principium, medium, & terminũ. Et ideo conſequens eſt ꝙ ſtatus ſpiritualis ſeruitutis, & libertatis ſecundum tria diſtinguatur. ſ. ſecundum principium, ad quod pertinet ſtatus incipientium: & medium, ad quod pertinet ſtatus proficientium: & terminum, ad quem pertinet ſtatus perfectorum.

Ad primum ergo dicẽdum, quòd libertas a peccato fit per charitatem, quæ diffundit̃ in cordibus noſtris per Spiritumſanctum, qui datus eſt nobis, ut dicitur ad Roma. 5. Et inde eſt quod dicitur 2. ad Cor. 3. Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas: & ideo eadem eſt diuiſio charitatis, & ſtatuum pertinẽtium ad ſpiritualem libertatem.

Ad secundum dicẽdũ, ꝙ incipiẽtes, ꝓficiẽtes, & perfecti, ſm quod ꝑ hoc ſtatus diuerſi diſtinguunt̃, dicuntur homines non ſm quodcũque ſtudium, ſed ſecundum ſtudium eorum quæ pertinẽt ad ſpiritualem libertatem, uel ſeruitutem, ut * dictũ eſt.

Ad tertium dicendum, quòd ſicut prius ✳ dictum eſt, nihil prohibet in idem cõcurrere gradũ, & ſtatum. Nam & in rebus mundanis illi qui ſunt liberi nõ ſolum ſunt alterius ſtatus quàm ſerui, ſed etiam ſunt altioris gradus.

## Quaestio CLXXXIIII.

*De his quæ pertinent ad ſtatum perfectionis in communi, in octo articulos diuiſa.*

Deinde conſiderandũ eſt de his quæ pertinẽt ad ſtatũ perfectionis, ad quem alij ſtatus ordinantur. Nam cõſideratio officiorum, quãtũ quidem ad alios actus, pertinet ad legiſpoſitores: quantum autem ad ſacra miniſteria, pertinet ad conſiderationem ordinum, de quibus in tertia parte agetur. *

¶ Circa ſtatum autem perfectorum triplex conſideratio occurrit. Primo quidem, de ſtatu perfectionis in communi. Secundo, de his quæ pertinent ad perfectionem epiſcoporum. Tertio, de his quæ pertinent ad perfectionem religioſorum.

Circa primum quæruntur octo.

H ¶ Primò, Vtrũ perfectio attendatur ſecundum charitatem.

¶ Secundò, Vtrum aliquis poſſit eſſe perfectus in hac uita.

¶ Tertiò, Vtrum perfectio huius vitæ conſiſtat principaliter in conſilijs, uel in præceptis.

¶ Quartò, Vtrũ quicumq; eſt ꝑfectus, ſit in ſtatu perfectionis.

¶ Quintò, Vtrum prælati, & religioſi ſpecialiter ſint in ſtatu perfectionis.

¶ Sextò, Vtrum omnes prælati ſint in ſtatu perfectionis.

I ¶ Septimò, Quis ſtatus ſit perfectior, utrum religioſorum, uel epiſcoporum.

¶ Octauò, De comparatione religioſorum ad plebanos, & archidiaconos.

### Articulus primus.

*Vtrum perfectio Chriſtianæ uitæ attendatur ſpecialiter ſecundum charitatem.*

K Ad primum ſic proceditur. Vr̃ ꝙ perfectio chriſtianæ uitæ non attenditur ſpecialiter ſm charitatem. Dicit. n. Apoſ. 1. ad Cor. 14. Malitia paruuli eſtote, ſenſibus autẽ perfecti: ſed charitas non pertinet ad ſenſum, ſed magis ad affectũ. ergo uidetur quòd perfectio chriſtianæ uitæ non conſiſtat principaliter in charitate.

¶ 2 Præt. Ad Eph. vlt. dicitur. Accipite armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. de armatura autem Dei ſubiũgit dicẽs. State ſuccincti lumbos ueſtros in ueritate, & induti loricã iuſtitiæ, in oĩbus ſumẽtes ſcutũ fidei. ergo perfectio chriſtianæ uitæ non ſolũ attenditur

*¶ Super Quęſtio. 184. Art. primum.*

In art. 1. q. 184. pluries replicat̃ ly ſpecialiter, dicendo in charitate ſpecialiter conſiſtere ꝑfectionẽ, ſeu uitã chriſtianám. & ſm ueritatẽ deberet dici ſubſtantialiter, qm̃ hoc manifeſte intẽdit author, & propterea corrigẽdi uidentur codices. Apparet aũt hoc ex reſpõſione ad ſecũdũ, ubi manifeſte diſtinguitur natura contra accidentia. Natura autem, eſſentia, & ſubſtantia idẽ ſunt in ꝓpoſito. Apparet quoque ex articulo tertio, ubi clare diſtinguitur perfectio eſſentialiter cõtra accidẽtaliter, & expreſſe ſubdit̃, ꝙ eſſẽtialiter conſiſtit in charitate. Morte præuentus non compleuit.

¶ In eodem articulo in rñſione ad primũ, ubi dr̃ ꝙ perfectio humanorũ ſenſuum ĩ unitate ueritatis cõſiſtit, aduerte ꝙ licet prima fronte reſponſio hæc uideatur loqui de ꝑfectione ſenſuum in diuerſis hominibus propter illa uerba, Hoc autem fit per charitatem, quæ conſenſum in hominibus operatur: ſi tamen diligẽtius inſpexerimus, de ꝑfectione ſenſuũ loquitur & in eodem, & in diuerſis. In eodem quidẽ, qm̃ charitas eſt quæ unit ſenſus ad ueram diſcretionẽ boni & mali, ita ꝙ in una ueritate cõueniant, nec alter alteri contradicat. Operatur enim adunationẽ & quietem ſenſuũ in uno, q̃d eſt Deus, iuxta illud Apoſtoli ad Heb. 4. c. Perfectorum ſolidus eſt cibus eorũ, qui pro conſuetudine exercitatos habẽt ſẽſus ad diſcretionem boni & mali. In diuerſis uero ex eadem radice, quoniam conſenſum operando diuerſorum, unanimes habitare facit &c. 3. p. q. 46. a. 3. cor. Et 3. con. c. 135. Et quo. 3. ar. 17. Et op. 17. c. 6. & opu. 18. c. 2. & 3. Et Philip. 3. lect. 2.

ſecundum charitatem, ſed etiam ſ'm alias uirtutes.

¶3 Præt. Virtutes ſpecificātur per actus, ſicut & alij habitus: ſed Iaco. 1. dicitur, quòd patiētia opus perfectum habet. ergo uidetur quòd ſtatus perfectionis attendatur magis ſecundum patientiam.

Sed contra eſt, quod dicitur ad Col. 3. Super omnia charitatem habete, quæ eſt uinculum perfectionis, quia ſcilicet omnes alias uirtutes quodammodo ligat in unitatem perfectam.

Respon. Dicendũ, ꝙ unumquodq; dicitur eſſe perfectum, inquantum attingit proprium finē, qui eſt vltima rei perfectio. Charitas autē eſt quæ unit nos Deo, qui eſt ultimus finis humanæ mentis: qa q manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, ut dicitur 1. Ioan. 4. & ideo ſecundum charitatem ſpecialiter attenditur perfectio chriſtianæ uitæ.

Ad primvm ergo dicendum, quòd perfectio humanorum ſenſuum præcipue in hoc uidetur conſiſtere, ut in unitatem ueritatis conueniant, ſecundum illud 1. ad Cor. 1. Sitis perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſcientia. Hoc autem fit per charitatem, quæ conſenſum in hominibus operatur: & ideo etiam perfectio ſenſuum radicaliter in perfectione charitatis conſiſtit.

Ad secvndvm dicendũ, quòd dupliciter poteſt dici aliquis perfectus. Vno modo ſimpliciter, quæ quidem perfectio attenditur ſecundum id, quod pertinet ad ipſam rei naturam, puta, ſi dicatur animal perfectum, quando nihil ei deficit ex diſpoſitione membrorum, & alijs huiuſmodi, quæ requiruntur ad uitam animalis. Alio modo dicitur aliquid perfectum ſecundum quid, quæ quidem perfectio attenditur ſecundum aliquid exterius adiacens, puta, in albedine, uel nigredine, uel in aliquo huiuſmodi. Vita autē chriſtiana ſpecialiter in charitate cõſiſtit per quam anima Deo coniungitur. Vnde dicitur 2. Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte: & ideo ſ'm charitatē attenditur ſimpliciter perfectio chriſtianæ vitæ, ſed ſecundum alias uirtutes ſecundum quid. Et quia id quod eſt ſimpliciter, eſt principaliſſimum, & maximum reſpectu aliorum: inde eſt, quòd perfectio charitatis eſt principaliſſimum reſpectu perfectionis, quæ attenditur ſecundum alias uirtutes.

Ad tertivm dicendum, quòd patientia dicitur habere opus perfectum in ordine ad charitatem, inquantum, ſcilicet ex abundātia charitatis prouenit, quòd aliquis patienter tolerat aduerſa, ſecundũ illud ad Rom. 8. Quis nos ſeparabit a charitate Dei? tribulatio, an anguſtia?

## Articvlvs II.

*Vtrum aliquis in hac uita poßit eſſe perfectus.*

Ad secvndvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ nullus in hac uita poſſit eſſe perfectus. Dicit. n. Apoſt. 1. ad Cor. 13. Cũ uenerit quod perfectũ eſt, euacuabitur quod ex parte eſt: ſed in hac uita nõ euacuatur quod ex parte eſt: manet enim in hac uita fides & ſpes, quæ ſunt ex parte. ergo nullus in hac uita eſt perfectus.

¶2 Præt. Perfectum eſt, cui nihil deeſt, vt dr̃ in 3. * phyſ. ſed nullus eſt in hac uita, cui non deſit

F aliquid. dicitur enim Iac. 3. In multis offendimus omnes. & in Pſa. 138. dr̃. Imperfectum meũ uiderunt oculi tui. ergo nullus eſt in hac uita perfectus.

¶3 Præt. Perfectio uitæ chriſtianæ ſicut † dictum eſt, attenditur ſ'm charitatem, quę ſub ſe cõprehendit dilectionē Dei & proximi: ſed quãtum ad dilectionem Dei nõ põt aliquis perfectã charitatē in hac uita habere, qa ut* Greg. dicit ſuper Ezech. Amoris ignis q hic ardere inchoat, cum

G ipſum quē amat, uiderit, amplius in amorem ipſius igneſcit. Neq; quantũ ad dilectionē proximi, quia non poſſumus in hac uita oēs pximos actualiter diligere, etſi habitualiter eos diligamus: dilectio autem habitualis imperfecta eſt. ergo uidetur ꝙ nullus in hac uita poſſit eſſe perfectus.

Sed contra eſt, quia lex diuina non inducit ad impoſſibile: inducit autem ad perfectionē, ſecundũ illud Mat. 5. Eſtote per-

H fecti, ſicut & Pater ueſter cœleſtis perfectus eſt. ergo vr̃ ꝙ aliqs in hac uita poſſit eſſe perfectus.

Respon. Dicendũ, ꝙ ſicut* dictum eſt, perfectio uitæ chriſtianæ in charitate conſiſtit. Importat autem perfectio quandã uniuerſalitatem: quia, ut dicitur in 3. * phyſ. Perfectum eſt, cui nihil deeſt. Põt ergo triplex perfectio cõſiderari. Vna quidē abſoluta, quæ attenditur non ſolum ſecũdum totalitatem ex parte diligētis, ſed ēt ex parte diligibilis, prout. ſ. Deus tantum diligitur,

I quantum diligibilis eſt: & talis perfectio nõ eſt poſſibilis alicui creaturę, ſed cõpetit ſoli Deo, in quo bonũ integraliter, & eſſentialiter inuenitur. Alia autem eſt pfectio q̃ attenditur ſ'm totalitatem abſolutam ex parte diligentis, prout. ſ. affectus ſ'm totũ ſuũ poſſe, ſemper actualiter tēdit in Deum: & talis perfectio non eſt poſſibilis ĩ uia, ſed erit in patria. Tertia autē eſt perfectio, q̃ neq; attenditur ſ'm totalitatē ex parte

K diligibilis, neq; ſ'm totalitatem ex parte diligentis quantum ad hoc, ꝙ ſemp actu ferat in Deũ, ſed quantũ ad hoc ꝙ excludant ea, q̃ repugnant motui dilectionis in Deum, ſicut* Aug. dicit in lib. 83. q. uenenum charitatis eſt cupiditas, perfectio nulla cupiditas: & talis perfectio poteſt in hac uita haberi. Et hoc dupliciter. Vno modo, inquantum ab affectu hominis excluditur omne illud quod contrariatur charitati, ſicut eſt peccatũ mortale: & ſine tali perfectione charitas eſſe nõ poteſt, unde eſt de neceſſitate ſalutis. Alio modo, inquãtum ab affectu hominis excluditur non ſolum illud quod ...

¶ *Super Quæſtio. 184. Art. ſecundum.*

Supra q. 24. ar. 8. 3. diſt. 29. q. 1. ar. 8. q. 2. Et ver. q. 2. art. 11. Et Eph. 6. lect. 4. Et Phil. lec 2. & lect. 3. prin. Et corinth. 1. fi.

IN art. 2. in reſponſione ad 3. nota illam diſiunctiuam de amore proximi, Sufficit ꝙ feratur communiter in omnes in uniuerſali, uel in ſingulos habitualiter, & ſecundum animæ præparationē. Qđ ideo notandũ duxi, ne rudiores pro eodē accipiant diligere omnes in uniuerſali, & diligere ſingulos ſecundũ operationem animi. Hæc enim multũ inter ſe diſtant, & ſecundũ longe melius

Li. 3. tex. 64. tom. 2.

contrarium: ſed etiam omne illud qđ impedit ne affectus mentis totaliter dirigatur ad Deum, ſine qua perfectione charitas eſſe poteſt, puta, in incipientibus & proficientibus.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Apoſ. ibi loquitur de perfectione patriæ, quæ non eſt in uia poſſibilis.

Ad secvndvm dicēdum, ꝙ illi qui ſunt in hac uita perfecti, in multis dicūtur offendere ſm peccata uenialia, q̄ conſequūtur ex infirmitate præſentis uitæ: & B quantum ad hoc etiam habent aliquid imperfectum per cōparationē ad perfectionem patriæ.

Ad tertivm dicēdū, ꝙ ſicut ſtatus p̄ſentis uitæ non patitur, ut homo ſemper actu feratur in Deum, ita ēt non patitur ꝙ actu feratur in oēs proximos ſingillatim, ſed ſufficit ꝙ feratur cōiter in oēs in uniuerſali, uel in ſingulos habitualiter, & ſm animi præparationē. Poteſt aūt ēt circa dilectionē proximi duplex pfectio attendi, ſicut & circa dilectionem Dei. C Vna quidem, ſine qua charitas eſſe nō pōt, vt. ſ. homo nihil habeat in affectu, qđ ſit contrariū dilectioni ꝓximi. Alia aūt, ſine qua charitas inueniri pōt, quæ quidem attēditur tripliciter. Primò q̄dem ſm extēſionem dilectionis, vt. ſ. aliquis nō ſolum diligat amicos & notos, ſed ēt extraneos, & ulterius inimicos. Hoc. n. ut dicit * Aug. in Enchiridio, eſt perfectorum filiorum Dei. Secundò ſm intētionem, q̄ oſtenditur ex his, quę D homo pp proximum contemnit, ut. ſ. homo contemnat non ſolum exteriora bona pp proximū, ſed ēt afflictiones corporales, & ulterius mortem, ſm illud Io. 15. Maiorē dilectionē nemo habet, q̄ ut animā ſuam ponat qs pro amicis ſuis. Tertiò, quantum ad effectū dilectionis, ut. ſ. homo pro proximis impendat non ſolum tēporalia beneficia, ſed etiam ſpiritualia, & ulterius ſeipſum, ſm illud Apoſtoli 2. ad Cor. 12. Ego autem libentiſſime impendam, & ſuperimpendar E ego ipſe pro animabus ueſtris.

## Articvlvs III.

*Vtrum perfectio conſiſtat in præceptis, an in conſilijs.*

Ad tertivm ſic ꝓceditur. Videt̄ ꝙ perfectio nō conſiſtat in præceptis, ſed in cōſilijs. Dicit. n. Dominus Matth. 19. Si A uis perfectus eſſe, uade, & uēde oīa q̄ habes, & da pauperibus, & ueni, & ſequere me: ſed iſtud eſt conſiliū. ergo perfectio attendit̄ ſm cōſilia, & non ſm præcepta.

¶ 2 Præ. Ad obſeruantiam præceptorum omnes tenētur cùm ſint de neceſſitate ſalutis. Si ergo perfectio chriſtianæ uitæ conſiſtat in præceptis, ſeqꝛitur quòd perfectio ſit de neceſſitate ſalutis, & ꝙ omnes ad eam teneantur: quod patet eſſe falſum.

¶ 3 Præt. Perfectio chriſtianæ ui B tæ attenditur ſecundum charitatem, ut * dictū eſt: ſed perfectio charitatis non uidetur conſiſtere in obſeruātia præceptorum, q̄a perfectionem charitatis præcedit & augmentum, & inchoatio ipſius, ut patet per * Aug. ſuper Canonicam Ioannis: non autem poteſt charitas inchoari ante obſeruationem præceptorū, quia ut dicitur Io. 14. Siquis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. ergo perfectio uitæ non attenditur ſecundum præcepta, C ſed ſecundum conſilia.

Sed contra eſt, quod dicitur Deute. 6. Diliges dominum Deum tuū ex toto corde tuo. Et Leui. 19. dicitur. Diliges proximum tuū, ſicut teipſum. Hæc autē ſunt duo præcepta, de quibus Dominus dicit Matth. 22. In his duobus præceptis pēdet lex & prophetæ: perfectio autē charitatis, ſecundum quam dicitur uita chriſtiana eſſe perfecta, attēditur ſecundum hoc, ꝙ Deū ex toto corde diligamus, & proxi- D mum ſicut noſipſos. ergo uidetur quòd perfectio conſiſtat in obſeruantia præceptorum.

Respon. Dicendum, ꝙ perfectio dicitur in aliquo conſiſtere dupliciter. Vno modo, per ſe & eſſentialiter: alio modo, ſecundario & accidentaliter. Per ſe q̄dem & eſſentialiter conſiſtit pfectio chriſtianæ uitæ in charitate, principaliter quidem ſecundum dilectionem Dei, ſecundario autem ſecūdum dilectionē proximi, de quibus dantur præcepta principalia diuinæ legis, E ut * dictum eſt. Non autem dilectio Dei & proximi cadit ſub præcepto ſecundum aliquam menſuram, ita quòd id quod eſt plus, ſub conſilio remaneat, ut patet ex ipſa forma præcepti quæ perfectionem demonſtrat, cum dicitur: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo (totum. n. & perfectum idem ſunt, ſecūdum Phil. 3. * phyſ.) & cum dicitur, Diliges proximum tuū ſicut teipſum. Vnuſquiſque. n. ſeipſum maxime diligit. Et hoc ideo eſt, quia finis pręcepti charitas eſt, ut Apoſt. dicit 1. ad Tim. 1. In fine autē non adhibetur aliqua menſura, ſed ſolum in his quæ ſunt ad finē,

q. 44. art. 1. & 3.

lib. 3. text. 64. tom. 2.

re, ab exteriori tamē effectu abſtinet, quia tunc nō expedit. Tūc enim ſecūdum membrum abſq; tertio inuenitur. ſ. intenſiua dilectio abſq; effectu. Nota ſecūdò, primū membrum cōtinere, ꝙ diligere extraneos & ulterius inimicos, perfectionis eſt extēſiue in charitate, qđ ſuperius etiam declaratum in tractatu de charitate fuit & intellige de extraneis, & inimicis ut ſingulares ſunt perſonæ: ita ꝙ intēdit Aug. perfectorum filiorum Dei eſſe diligere inimicos, quatenus ſunt ſingulares perſonæ: & ſimiliter benefacere eiſdē ut ſingularibus perſonis. Diligere autem eos in cōmuni, hoceſt, inquātū Chriſtiani, inquantum conciues, inquantū homines, neceſsitatis eſt. Quod nihil aliud eſt dicere, quàm ꝙ ab amore quo proſequimur homines in cōmuni, Chriſtianos in communi, cóciues in cōmuni, & huiuſmodi, non excludamus eos: ſed amor qui ad uniuerſale terminatur, in ſua uniuerſalitate relinquatur, abſque inimicorum, ſcilicet exceptione.

¶ *Super Quæſtio 184. Artic. tertium.*

In ar. 3. eiuſdē quæſtionis dubium primo occurrit & ſimpliciter, & ad hominem, quomodo ſtant hæc duo ſimul, Charitas eſt finis præcepti, & quòd ipſa cadit ſub præcepto. Repugnant ſiquidē hæc adinuicem. Simpliciter quidem, quia præceptum, ut patet 6. Ethi. eſt actus prudentiæ, quæ non eſt de fine, ſed de his quæ ſunt ad finē. Et experientia cōtinua teſtatur, ꝙ cum præcipimus, ſemper ſuppoſito fine præcipimus. Secūdum hominem uero, quoniā expreſſe author ſuperius docuit, ꝙ finis præcepti non cadit ſub pręcepto. Et augetur dubium ex eo, ꝙ contrariæ ſunt conditiones finis, & eius qđ præcipitur ad finem: quoniam finis appetitur ſine menſura, ut etiam in litera manifeſtatur. Id autem qđ eſt ad finem ſi recte appetitur, oportet appeti commēſurate ad finem. Vnde ſi charitas eſt finis, ſine menſura appetenda eſt, & ſi cadit ſub p̄cepto, ac per hoc ad finem, cōmenſurate ad finē appetenda eſt. Hæc autē incompoſsibilia uidentur. ergo &c.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ illa propoſitio, Finis p̄cepti non cadit ſub pręcepto, intelligitur determinate, ſeu limitate, reſpectu illius actic. 1. & 2. præced.
præcepti cuius eſt finis. Stat. n. ꝙ aliquid ſit finis unius præcepti & tamē cadat ſub alio præcepto ut ordinatum ad ulteriorē Tract. 9. de clinando ad finē tom. 9.
finem. verbi gratia. Sanitas eſt finis p̄cepti medicinę: & ideo non cadit ſub præceptis medicinæ. Quia tamē ſanitas ſicut & quodlibet aliud corporale bonum ordinat̄ ad ſpirituale bonum animæ ut ad finem: ideo ſanitas cadit ſub præcepto de ſalute animæ: q̄a hic non ſe habet ut finis, ſed ut id quod eſt ad finem. Et ex hac eadē radice uidere potes ꝙ ſanitas a medico corporis appetitur ſine mēſura, quia habet rationem finis. A medico autem animæ appetitur cū mēſura, quanta ſcilicet expedit ad ſalutem animæ, quia habet rationem eius quod eſt ad finē. Vnde in propoſito, charitas eſt finis reliquorum præceptorum legis. Et ideo ſub nullo legis præcepto clauditur, ut patet diſcurrendo in præceptis decalogi. Eſt tamen ad finē, qui Deus eſt, & ideo ſub aliquo præcepto cadit. Et per hoc patet ſolutio primę obiectionis tam ſimpliciter, quàm ad hominem.

¶ Ad



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Ad ſecundum uero dicitur, quòd finis charitatis, qui eſt ipſe Deus, eſt infinitus, ideo non eſt mirum ſi charitas, quæ ut quid proximum ad finem infinitum præcipitur, ſine menſura præcipitur: ita quòd charitati conuenit ſine menſura appeti & ex eo quòd eſt finis reliquorum præceptorum, & ex eo quòd eſt ut immediate proxima infinito fini. Commēſuratum enim infinito, nihil magis eſt quàm quod ſine menſura eſt. Et quia hæ duæ conditiones, ſcilicet eſſe finem reliquorum præceptorū, & eſſe immediatum infinito fini, ex uno & eodem inſunt charitati, ſcilicet ex ipſa charitatis natura, & unum infert reliquū: ideo author, & Aug. ut infra patebit, charitatem præcipi ut finem, & ſine menſura dixerunt, a notioribus doctrinam tradentes.

¶ In eodem art. circa illud, Perfectio conſiſtit in conſilijs inſtrumentaliter, quæſtio occurrens ad ſeptimum articulū huius quæſtionis, in reſponſione ad primum remittatur.

¶ In eodem art. in reſponſione ad ſecundum, dubium occurrit circa trāſgreſsionem præcepti charitatis, quoniam reſpōſio non uidetur ſatiſfacere. Nam ſi dilectio, & omnis perfectæ dilectionis modus, ſcilicet ex toto corde &c. cadit ſub præcepto, conſequēs eſt ut omittens modum cadentem ſub præcepto, tranſgreſſor præcepti ſit. Non enim capit intellectus, quòd omnis modus mihi pręcipiatur, & quòd obediens in uno tantū modo excuſet a tranſgreſsione præcepti, ut facile eſt uidere inductiue in omnibus. Duo ergo incōpoſsibilia in litera dicuntur, dum dicitur ꝙ nullus modus excipitur a præcepto, & quòd in uno tātum obediēs, reus non eſt.

¶ Ad hoc dicitur, modum loquendi Augu. ſequēdo in litera bis allati, quòd charitas omnino de perfecta præcipitur, ut quo currendum eſt, hoc eſt, ut finis. Et ex hoc ſoluitur quæſtio, quia aliter obligamur præcepto, quò ad id quod ſe habet ut finis, & aliter quò ad id quod ſimpliciter præcipitur. Nam quod præ-

F cipitur ut finis, ſufficienter obedientiam ... ut quandoque finem aſſequamur. Quod ... lute, abſolute quoque adimplendum eſt. ... perfectio præcipitur ut finis, ſufficienter ... ſeruat, ſi ita ſeruat, ut quandoque ad finem ...

L. 1. c. 6. a medio tom. 5.

Ante mediū libri tom. 7.

Ca. 121. to. 3.

Collatione 1. c. 7. a med.

tom. 9.

Cap. 5. in tit. de myſtica uocatione publicani in prin. tom. 5.

ut Phil. dicit in 1. * pol. ſicut medicus nō adhibet menſurā quātum ſanet, ſed quāta medicina, uel diæta utatur ad ſanādum: & ſic patet ꝙ perfectio eſſentialiter cōſiſtit in p̄ceptis. Vnde * Aug. dicit in li. de perfectione iuſtitię. Cur ergo non præciperetur homini iſta perfectio, quàmuis eā in hac uita nemo habeat? Secun

G dario aūt & inſtrumentaliter ꝑfectio conſiſtit in conſilijs, quæ oīa ſicut & præcepta ordinātur ad charitatē, ſed aliter & aliter. Nam p̄cepta alia a præceptis charitatis ordinantur ad remouendum ea quæ ſunt charitati contraria, cum quibus. ſ. charitas eſſe non pōt: conſilia aūt ordinātur ad remouendum impedimēta actus charitatis, quæ tn̄ charitati nō contrariantur, ſicut eſt matrimonium, occupatio negotiorū ſæcularium, & alia hmōi. Vnde

H Aug. * dicit ī enchiridio. Quæcumq; mandat Deus, ex quibus unum eſt, Non mœchaberis: & quæcumq; non iubētur, ſed ſpeciali conſilio mouentur, ex quibus unum eſt, Bonum eſt homini mulierem non tangere: tunc recte fiūt, cum referuntur ad diligēdum Deum, & proximum ꝑpter Deum & in hoc ſæculo, & in futuro. Et inde eſt quòd in collationibus Patrum dicit abbas Moyſes. * Ieiunia, uigiliæ,

I meditatio ſcripturarū, nuditas ac priuatio omniū facultatum, nō ꝑfectio, ſed ꝑfectionis inſtrumenta ſunt: qa nō in ipſis conſiſtit diſciplinæ illius finis, ſed per illa ꝑuenitur ad finē. Et ſupra p̄miſit, ꝙ ad ꝑfectionē charitatis iſtis gradibus aſcēdere nitimur.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ in illis uerbis Dn̄i aliquid ponitur quaſi uia ad perfectionem, hoc. ſ. quod dr̄, Vade, & uende oīa quę habes, & da pauperibus.

K Aliud aūt ſubditur, in quo perfectio conſiſtit. ſ. qđ dicit, Et ſequere me. Vnde * Hier. dicit ſuper Matth. ꝙ non ſufficit tātum relinquere: ideo Petrus adiūgit quod perfectum eſt. i. ſecuti ſumus te. * Ambr. autem ſuper illud Luc. 5. Sequere me, dicit. Sequi iubet non corporis greſſu, ſed mentis affectu, quod fit per charitatem: & ideo ex ipſo modo loquendi apparet ꝙ conſilia ſunt quædam inſtrumēta perueniendi ad perfectionē, dum dr̄. Si uis perfectus eſſe, uade, & uende &c. quaſi dicat: Hoc faciēdo, ad hunc finem peruenies.

Ad secvndvm dicēdum, ꝙ ſicut * Aug. dicit in lib. de perfectione iuſtitiæ, perfectio charitatis homini in hac uita p̄cipitur, quia non recte curritur, ſi quo currendum eſt, neſciatur. Quomodo autem ſciretur, ſi nullis præceptis oſtēderetur? Cùm autē id quod cadit ſub præcepto, diuerſimode poſſit impleri, nō efficitur trāſgreſſor p̄cepti aliqs ex hoc, ꝙ nō optimo modo implet, ſed ſufficit quòd quocūq; modo impleat illud. Perfectio aūt diuinę dilectionis uniuerſaliter qdem cadit ſub præcepto, ita quòd ēt perfectio patrię non excludit̄ ab illo præcepto, ut dicit * Aug. ſed tranſgreſſionē p̄cepti euadit, q quocūq; modo ꝑfectionē diuinæ dilectionis attingit. Eſt autē infimus diuinæ dilectionis gradus, ut nihil ſupra eū, aut cōtra eū, aut æqualiter ei diligat̄. A quo gradu perfectionis qui deficit, nullo modo implet p̄ceptū. Eſt aūt alius gradus ꝑfectæ dilectionis, q nō pōt impleri in uia, ut * dictū eſt, a quo q deficit, manifeſtū eſt ꝙ nō eſt trāſgreſſor præcepti. Et ſimiliter nō eſt trāſgreſſor p̄cepti, q nō attingit ad medios ꝑfectionis gradus, dūmodo attingat ad īfimū.

Ad tertivm dicēdū, ꝙ ſicut hō hēt quandam ꝑfectionē ſuæ naturæ ſtatim cū naſcit̄, q̄ ꝑtinet ad rōnē ſpeciei, eſt aūt alia perfectio ad quā ꝑ augmētū adducit̄: ita ēt eſt q̄dam ꝑfectio charitatis pertinēs ad ipſam ſpeciē charitatis, ut. ſ. Deus ſuper oīa diligat̄, & nihil contra eum ametur. Eſt aūt alia perfectio charitatis etiā in hac uita, ad quam aliquis per aliquod ſpirituale augmentum peruenit, utputa, cum homo etiam a rebus licitis abſtinet ut liberius diuinis obſequijs uacet.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum quicumque eſt perfectus, ſit in ſtatu perfectionis.*

Ad qvartvm ſic proceditr. Vr̄ quòd quicūq; eſt perfectus, ſit in ſtatu perfectionis. Sicut. n. per augmentū corporale peruenit̄ ad perfectionē corporalē, ita per augmentū ſpirituale

ſemnitate, niſi obligatio illa ſit ad ꝑfectionem exteriorē, puta ad caſtitatē, uel paupertatē, uel erogationem bonorum, vel exteriorem ſolicitudinem, uel ad ponendā animam, ideſt, vitam, vel aliquid huiuſmodi. Et primas quidem duas conditiones nō oportet probare eſſe ſecundum doctrinā authoris, quoniam in litera clare habētur. Tertia autem quæ ſuperaddita uidetur, ꝓbatur ex eo, quod niſi hæc conditio apponatur, uel ſubintelligatur, ſacer ordo cōſtitueret ſtatum perfectionis eccleſiaſticæ. Et ꝓbatur ſequela, quia ſacer ordo ex ſeipſo obligat hominem ad maiorem ſanctitatem interiorem, quàm requirat etiam religionis ſtatus, ut author in arti. 8. huius quæſtionis expreſſe dicit. Et conſtat ꝙ huiuſmodi obligatio cum ſolemnitate conſecrationis, ſcilicet qua confertur ordo, fit: ac per hoc habet duas primas conditiones. Et ſola tertia deeſt, quia. ſ. obligat ad id quod eſt interioris perfectionis, & non ad ea quæ ſunt perfectionis exterioris, quātum eſt ex natura ordinis ſacri. Quod dico propter præcepta Eccleſiæ, & annexa per accidens uota.

peruenitur ad perfectionem ſpiritualem, vt * dictū eſt: ſed poſt augmentum corporale aliquis dicitur eſſe in ſtatu perfectæ ætatis. ergo etiā uidetur ꝙ poſt augmentum ſpirituale, cum quis iā adeptus eſt perfectionem, ſit in ſtatu perfectionis.

¶ 2 Præt. Eadem ratione qua aliquid mouetur de contrario in contrarium, mouetur etiam aliquid de minori ad maius, vt dicitur in 5. * Phy. ſed qn̄ aliquis trāſmutatur de peccato ad gratiam, dicitur mutare ſtatum, prout diſtinguitur ſtatus culpæ, & ſtatus gratiæ. ergo videtur ꝙ pari ratione cum aliquis proficit de minori gratia vſq; ad maiorem quouſq; perueniat ad perfectum, ꝙ adipiſcatur perfectionis ſtatum.

¶ 3 Præt. Statum adipiſcitur aliquis ex hoc, ꝙ a ſeruitute liberatur: ſed per charitatē aliquis liberatur a ſeruitute peccati, qa vniuerſa delicta operit charitas, vt dr̄ Prouerb. 10. ſed perfectus dr̄ aliquis ſecundum charitatem, * vt dictum eſt. ergo vr̄ quòd quicumque habet perfectionē, ex hoc ipſo habeat ꝑfectionis ſtatū.

Sed contra eſt, ꝙ aliqui sūt in ſtatu perfectionis, qui omnino charitate & gratia carent, ſicut mali epī, aut mali religioſi. ergo vr̄ ꝙ econtrario, aliqui habent perfectionem vitæ, qui tn̄ non habēt perfectionis ſtatum.

Respon. Dicēdum, ꝙ ſicut * ſupra dictum eſt, ſtatus proprie pertinet ad conditionem libertatis, vel ſeruitutis. Spiritualis autem libertas, uel ſeruitus poteſt in homine attendi dupliciter. Vno modo, ſ͠m id quod interius agitur. Alio modo, ſ͠m id quod agitur exterius. Et quia, ut dicitur 1. Regum 16. Homines uident ea quæ parent, ſed Deus intuetur cor: inde eſt ꝙ ſ͠m interiorem hominis diſpoſitionem accipitur conditio ſpiritualis ſtatus in homine per comparationem ad iudicium diuinum. Secundum autem ea quę exterius agunt̄, accipitur ſpiritualis ſtatus in homine per comparationem ad Eccleſiam. Et ſic nunc de ſtatibus loquimur, prout. ſ. ex diuerſitate ſtatuum quædā Eccleſiæ pulchritudo conſurgit. Eſt autem conſiderādū ꝙ quantū ad homines, ad hoc ꝙ aliquis adipiſcat̄ ſtatū libertatis, uel ſeruitutis, requirit̄ primo quidē obligatio aliqua, vel abſolutio. Nō. n. ex hoc ꝙ aliqs ſeruit alicui, efficitur ſeruus, quia ēt liberi ſeruiunt, ſ͠m illud ad Gal. 5. Per charitatem ſpūs ſeruite inuicē. Neq; ēt ex hoc quòd aliquis deſinit ſeruire, dr̄ liber, ſicut patet de ſeruis fugitiuis: ſed ille ꝓprie dr̄ ſeruus, qui obligatur ad ſeruiendum: & ille eſt liber, qui a ſeruitute abſoluitur. Secundo, requiritur quòd obligatio ꝑdicta cū aliqua ſolēnitate fiat, ſicut & cæteris, q̄ inter homines obtinēt perpetuā firmitatē, q̄dā ſolēnitas adhibetur. Sic ergo & in ſtatu perfectionis proprie dr̄ aliquis eſſe, non ex hoc quod habet actū dilectionis ꝑfectæ: ſed ex hoc quòd obligat

A ſe ꝑpetuo cū aliqua ſolēnitate ad ea q̄ ſunt ꝑfectionis. Cōtingit ēt ꝙ aliqui ſe obligāt qui nō ſeruant, & aliqui implēt ad qđ ſe nō obligauerunt, ut patet Mat. 21. de duobus filijs, quorum vnus patri dicēti, Operare in vinea, rn̄dit. Nolo, poſtea abijt: alter aūt rn̄dēs ait, Eo, & non iuit. Et iō nihil ꝓhibet aliquos eſſe ꝑfectos, q nō ſunt in ſtatu ꝑfectionis; & aliquos eſſe in ſtatu perfectionis, qui tn̄ non ſunt perfecti.

Ad primum ergo dicēdū, ꝙ per augmētū corporale ꝓficit aliquis in his quę pertinēt ad naturā; & iō adipiſcit̄ naturæ ſtatū, præſertim quia qđ eſt ſ͠m naturā, quodāmodo immutabile eſt, inquātū natura determinat̄ ad vnū. Et ſimiliter ꝑ augmētū ſpūale interius aliquis adipiſcitur ſtatū perfectionis B quantū ad diuinū iudiciū; ſed quātū ad diſtinctiones eccleſiaſticorū ſtatuū nō adipiſcit̄ aliquis ſtatū ꝑfectionis, niſi ꝑ augmētū in his q̄ exterius agunt̄.

Ad secundum dicendum, quòd illa etiam ratio procedit quantum ad interiorem ſtatum, & tn̄ cū aliquis tranſit de peccato in gr̄am, tranſit de ſeruitute ad libertatē: qđ nō contingit per ſimplicē profectū gr̄æ, niſi cū aliquis obligat ſe ad ea q̄ ſunt gr̄ę.

Ad tertium dicēdum, quòd illa ēt rō procedit quantum ad interiorem ſtatum: & tamen licet charitas uariet conditionem ſpiritualis ſeruitutis & libertatis, hoc tamen non facit charitatis augmētū.

## Articvlvs v.

C *Vtrum religioſi & prælati ſint in ſtatu perfectionis.*

Ad qvintvm ſic ꝓcedit̄. Vr̄ ꝙ p̄lati & religioſi nō ſint in ſtatu ꝑfectionis. Status n. perfectionis diſtinguit̄ contra ſtatū incipientiū, & proficientiū: ſed nō ſunt aliqua gn̄a hoīum deputata ſpālitet ſtatui ꝓficiētiū, vel ēt incipiētium. ergo vr̄ ꝙ nec ēt debeant eſſe aliqua gn̄a hoīum deputata ſtatui perfectionis.

¶ 2 Præt. Status exterior dēt inte D riori ſtatui rn̄dere, alioquin incurrit̄ mendaciū, qđ nō ſolū eſt in falſis uerbis, ſed ēt ī ſimulatis operibus, ut * Amb. dicit in quodā ſermone: ſed multi ſunt p̄lati vel religioſi, q nō hn̄t interiorē ꝑfectionē charitatis. Si ergo oēs religioſi, & p̄lati sūt in ſtatu ꝑfectionis, ſequit̄ ꝙ qcūq; eorū nō ſunt ꝑfecti, ſint in pc̄tō mortali, tanq̄ ſimulatores & mendaces.

¶ 3 Præt. Perfectio ſ͠m charitatē attenditur, ut * ſupra habitū eſt: ſed perfectiſſima charitas vr̄ eſ- E ſe in martyribus, ſ͠m illud Io. 15. Maiorem dilectionē nemo habet, q̄ vt aīam ſuā ponat quis ꝓ amicis ſuis. & ſuꝑ illud ad Heb. 12. Nondum. n. vſque ad ſanguinem &c. dicit * glo. Perfectior in hac uita nulla dilectio eſt ea, ad quā ſancti martyres peruenerūt, qui contra pc̄tm̄ uſq; ad ſanguinē certauerūt. ergo vr̄ ꝙ magis debeat ꝑfectionis ſtatus attribui martyribus, q̄ religioſis & epīs.

Sed contra eſt, ꝙ * Dio. 5. c.

*¶ Super Queſtionis centeſimæoctuageſimæquartę Articulum quintum.*

In art. 5. eiuſdem q. circa id quod dicitur, epiſcopi obligāt ſe ad ea quæ ſunt perfectionis, aduerte quòd hoc dupliciter poteſt intelligi. Vno modo, de obligatione naturali, hoc eſt naturaliter conſequente, ſeu ſpectante ad ipſum epiſcopatum. Et hoc eſt proculdubio uerum: qa ex hoc ipſo, quòd aliquis epiſcopatum ſuſcipit, ſuſcipit etiā omnia per ſe ſpectantia & conſequentia ad ipſum, inter quæ, dominica authoritate conſtat eſſe ponere animam ſuam pro ouibus ſuis: & multo magis labores ſuos & bona ſua temporalia. Alio modo, obligatione uotiua: ita quòd epiſcopus explicite, uel implicite uoueat ea, quæ ſunt perfectionis. Et licet multi ſic intelligere uideantur authorem, id tamen non apparet eſſe uerum. Et quòd non uoueant implicite, ſicut ſuſcipiens ordinem ſacrum in eccleſia occidentali, intelligitur uouere implicite caſtitatem, ex eo pa-

Marginal notes: tex. 19. — Opuſc. 18. c. 16. — Refertur in decretis 22. q. 1. c. Cauete. — Art. 1. huius quæſt. — Aug. in ſermo. 17. de uerbis Apoſto. tom. 10. — Ca. 5. eccle. hierar. in titu. de ſacerdotū perfectionibus.

tet, ꝙ nullibi in iure cautum inuenitur, ꝙ epiſcopi uoueant huiuſmodi. Quòd uero non uoueant explicite, ex ritu, & uerbis epiſcopalis ordinationis apparet: qm̃ in ordinatione ſua de multis interrogatus ordinãdus in epiſcopum, rñdet quò ad ea quæ ſunt fidei, credo; quò ad agenda uero, Volo. Neutrum autẽ horũ uim uoti habet, niſi quis adeo deſiperet ut diceret, ꝙ reſponſiones ibi poſitę ꝑ Volo, habeant uim uoti. Co ſtat namq;, ꝙ tot dicit ſe uelle, ad q̃ nõ poſſet ſe uoto tutę obligare, ut patet ibi. Apparet quoq; extra. de iureiur. c. Ego N. epiſcopus, ꝙ epiſcopus iurat quædam particularia ſe facturum, uel non facturũ, & unũ uniuerſale, uidelicet, fidelitatem Ro. Pontifici, ac Eccleſię Ro. & beato Petro, quod eſt uelut homagium quoddam: & nihil inuenio de cura animarum, aut his quæ perfectionis ſunt. Extra quoq; de renuntiatione, ca. Niſi cum pridem, dr̃, epiſcopũ habere alas ſtrictas, ne uolet ad religionẽ nexibus præceptorũ, & nõ dr̃ nexibus uotorũ. Cum ergo inuenitur epiſcopos uouere, ſeu uotum habere ad ea quæ ſunt perfectionis, intellige de uoto quo ad effectũ, non quo ad eſſentiã, hoceſt, ꝙ habẽt obligationẽ ac ſi uouiſſent, non tñ formaliter habent uotum. Et propterea trãſgrediẽdo, non ſunt uoti fracti, ſed præcepti ſuſcepti ab ipſo Deo.

[ca. 6. eccleſ. Hierar. par. 1. non procul a fine.] [Ar. præced.] [Ca. 6. eccle. hierar. par. 1. non procul a fine.] [Eodem loco nunc dicto.] [Glo. interlinearis ibid.] [Glo, interlinearis ibid. ca. 5. Eccle. hier. non remote a fine.]

¶ In eodem articulo in rñſione ad ſecundum, circa illud, Sed ex eo ꝙ ab intẽtione perfectionis animũ reuocat, aduerte ꝙ author proprie loquitur de intẽtione, ut diſtinguitur contra excuſationem: & intendit ꝙ dupliciter contingit religioſos, uel epiſcopos deficere a perfectione, ad quã tenẽtur. Vno modo, executiue, quia. ſ. non exequũtur illos perfectionis actus, quos debent: & tales non ſunt ſimulatores, nequemendaces. Alio modo ſm intẽtionẽ,

eccleſ. hierar, attribuit perfectionem epiſcopis tanquàm perfectoribus, & in 6.* c. eiuſdem libri attribuit perfectionem religioſis, quos uocat monachos, uel triapentas, ideſt, Deo famulantes, tamquàm perfectis.

Respon. Dicendũ, ꝙ ſicut † dictũ eſt, ad ſtatum perfectionis requirit̃ obligatio ꝑpetua ad ea q̃ ſunt perfectionis cũ aliqua ſolẽnitate. Vtrũq; aũt horum cõpetit religioſis, & epiſcopis. Religioſi enim ſe uoto aſtringũt ad hoc, ꝙ a rebus ſæcularibus ſe G abſtineãt, qb⁹ licite uti poterãt, ad hoc ꝙ liberius Deo uacẽt, in quo cõſiſtit ꝑfectio ꝓſentis uitę. Vñ * Dion. dicit 6. c. eccl. hierar. de religioſis loquẽs. Alij qdem triapentas. i. famulos Dei ex puro ſeruitio & famulatu. Alij uero monachos ipſos nominãt ex indiuiſibili & ſingulari uita uenientc ipſos ex indiuiſibiliũ ſanctis cõuolutionibus. i. cõtemplationibus, ad deiformẽ unitatẽ & amabilẽ Deo ꝑfectionẽ. Horũ ẽt obligatio fit cũ quadã ſo- H lemnitate ꝓfeſſionis, & benedictionis. Vñ ibidẽ ſubdit * Dion. Propter qđ perfectã ipſis donãs gr̃am ſancta legiſlatio quadã ipſa dignata eſt sãctificatiua inuocatione. Similiter ẽt epi obligãt ſe ad ea q̃ ſunt ꝑfectionis paſtorale aſſumẽtes officiũ, ad quod ꝑtinet ut animam ſuã ponat paſtor pro ouibus ſuis, ſicut dr̃ Io. 10. Vñ Apoſ. dicit 1. ad Tim. vlt. Cõfeſſus bonã cõfeſſionẽ corã multis teſtibus. i. in ſua ordinatione, ut * gl. ibidẽ dicit. Adhibe- I tur ẽt q̃dã ſolẽnitas cõſecrationis ſimul cũ profeſſione ꝓdicta, ſm illud 2. ad Tim. 1. Reſuſcites gr̃am Dei, q̃ eſt in te, per impoſitionẽ manuũ mearum. quod * gl. exponit de gr̃a epiſcopali. & * Diony. dicit 5. c. eccleſ. hierar. ꝙ ſummus ſacerdos. i. epiſcopus ĩ ſua ordinatione hẽt eloquiorũ ſuꝑ caput ſanctiſſimã ſuperpoſitionẽ, ut ſignificetur ꝙ ipſe eſt participatiu⁹ integrę totius hie- K rarchiæ uirtutis, & ꝙ ipſe nõ ſolũ ſit illuminatiuus omniũ, qđ ꝑtinet ad sãctas locutiones, & actiones, ſed ꝙ ẽt hoc alijs tradat.

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ inchoatio & augmẽtũ non q̃rit ꝑꝑ ſe, ſed ꝑꝑ perfectionẽ: & ideo ad ſolum perfectionis ſtatũ aliq̱ hoĩes cum quadã obligatione & ſolemnitate aſſumuntur.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ hoĩes ſtatũ ꝑfectionis aſſumũt, nõ quaſi profitentes ſeipſos ꝑfectos eſſe, ſed profitentes ſe ad ꝑ-

F fectionẽ tẽdere. Vñ & Apoſt. dicit ad Phil. 3. Nõ ꝙ iã cõprehenderim, aut iã ꝑfect⁹ ſim, ſequor aũt ſi quo mõ cõprehendã. & poſtea ſubdit: Quicũq; ergo ꝑfecti ſumus, hoc ſentiamus. Vnde nõ cõmittit aliquis mẽdacium, uel ſimulationẽ ex hoc, ꝙ aliqs nõ eſt ꝑfectus, q̱ ſtatũ ꝑfectionis aſſumit: ſed ex eo ꝙ ab intentione perfectionis animũ reuocat.

Ad tertivm dicendũ, quòd martyriũ in actu perfectiſſimo charitatis conſiſtit. Actus autem perfectionis non ſufficit ad ſtatum faciendum, ut dictũ * eſt. [art. 4.]

## Articvlvs VI.

*Vtrum omnes prælati eccleſiaſtici ſint in ſtatu perfectionis.*

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur, quòd omnes prælati eccleſiaſtici ſint in ſtatu perfectionis. Dicit. n. * Hier. in Epiſtola ad Titum. Olim idem presbyter q̱ & epiſcopus. & poſtea ſubdit: Sicut ergo ꝓsbyteri ſciũt ſe Eccleſiæ cõſuetudine ei q̱ ſibi ꝓpoſitus fuerit, eſſe ſubditos: ita H epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine quàm diſpenſatione dominicæ ueritatis presbyteris eſſe maiores, & in cõi debere Eccleſiam regere: ſed epiſcopi ſunt in ſtatu perfectionis. ergo & presbyteri habentes curã animarũ.

¶ 2 Pręt. Sicut Epiſcopi ſuſcipiũt curam animarũ conſecratione, ita etiam presbyteri, curati, & archidiaconi, de qbus ſuper illud Act. 6. Cõſiderate, fratres, uiros boni teſtimonij ſeptem &c. dicit * gl. Hic diſcernebãt Apoſto- I li per Eccleſiam conſtitui, ſeptẽ diaconos, q̱ eſſent ſublimioris gradus, & quaſi colũnę proximi circa aram. ergo uidetur quòd ipſi ſint in ſtatu perfectionis.

¶ 3 Præt. Sicut Epiſcopi obligantur ad hoc quòd animam ſuam ponant ꝓ ouibus ſuis, ita & presbyteri, curati, & archidiaconi: ſed hoc pertinet ad perfectionem charitatis, ut * ſupra dictũ eſt. ergo uidetur quòd etiã presbyteri, curati, & archidiaconi K ſint in ſtatu perfectionis.

Sed contra eſt, quod * Dio. dicit in 5. c. eccleſ. hierar. Pontificum quidem ordo conſummatiuus eſt, & perfectiuus. Sacerdotum autem illuminatiuus, & [...] ſtrantium uero purgatiuus, & [...] patet quòd perfectio ſolis epiſcopis [...]

Respon. Dicẽdũ, ꝙ ĩ presbyteris [...] curã habẽtibus aminarũ, duo poſſunt [...] ordo, & cura. Ordo aũt ipſe ordinat [...] in diuinis officijs. Vnde * ſupra dict [...] ſtinctio ordinũ ſub diſtinctione off [...] Vnde per hoc ꝙ aliqui ſuſcipiunt [...]

accipiunt poteſtatem quoſdam ſacros actus perficiendi, non autem obligantur ex hoc ipſo ad ea quæ ſunt perfectionis, niſi quatenus apud occidentalem eccleſiam in ſuſceptione ſacri ordinis emittitur continentiæ uotum, quod eſt unum eorum quę ad perfectionem pertinent, ut * infra dicetur. Vnde patet
B quòd ex hoc quòd aliquis accipit ſacrum ordinem, non ponitur ſimpliciter in ſtatu perfectionis, quàmuis interior perfectio ad hoc requiratur, quòd aliquis digne huiuſmodi actus exerceat. Similiter etiam nec ex parte curæ, quam ſuſcipiunt, ponuntur in ſtatu perfectionis. Non enim obligantur ex hoc ipſo uinculo perpetui uoti ad hoc, quòd curam animarum retineant: ſed poſſunt eam deſerere, uel tranſeundo ad reli-
C gionem, etiam abſque licentia epiſcopi, ut habetur in Decretis. 19. quæſtio. 2. & etiam cum licentia epiſcopi poteſt aliquis archidiaconus archidiaconatū, uel parochiam dimittere, & ſimplicem præbendam accipere ſine cura: quod nullo modo liceret, ſi eſſet in ſtatu perfectionis. Nemo enim manum mittens ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei, ut dicitur Luc. 9. Epiſcopi autem quia ſunt in ſtatu perfectionis,
D nō niſi authoritate ſummi Pontificis, ad quem etiam ſolum pertinet in uotis perpetuis diſpenſare, poſſunt epiſcopalem curam deſerere, & ex certis cauſis; ut * infra dicetur. Vnde manifeſtum eſt, quòd non omnes prælati ſunt in ſtatu perfectionis, ſed ſoli epiſcopi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd de presbytero & epiſcopo dupliciter loqui poſſumus. Vno modo, quantum ad nomen: & ſic olim non diſtinguebantur epiſcopi & presbyteri. Nam epiſcopi dicuntur ex eo quòd ſuperintendunt, ſicut dicit * Auguſ. 19. de ciui. Dei. Preſbyteri autem in græco dicuntur quaſi ſeniores. Vnde & Apoſtolus communiter utitur nomine presbyterorum quantum ad utroſque, cum dicit 1. ad Timoth. 5. Qui bene præſunt preſbyteri, duplici honore digni habeantur: & ſimiliter etiam nomine epiſcoporum. Vnde dicit Act. 20. presbyteris Epheſinæ Eccleſiæ loquens. Attendite uobis, & uniuerſo gregi, in quo uos Spiritusſanctꝰ poſuit epiſcopos regere Eccleſiam Dei. Sed ſecūdum rem ſemper inter eos fuit diſtinctio etiam tempore Apoſtolorum, ut patet per * Diony. 5. cap. eccleſ. hierar. Et Luc. 10. ſuper illud, Poſt hæc autem deſignauit Dominus &c. dicit * gl. Sicut in Apoſtolis forma eſt epiſcoporum: ſic & in ſeptuagintaduobus diſcipulis forma eſt presbyterorum ſecundi ordinis. Poſtmodum tamen ad ſchiſma uitandum, neceſſarium fuit ut etiam nomina diſtinguerentur, ut ſcilicet maiores dicerētur epiſcopi, minores autem presbyteri. Dicere autē presbyteros non differre ab epiſcopis, inter dogmata hæretica numerat Auguſt. in † lib. de hæreſ. ubi dicit, quòd Arriani dicebāt presbyterum ab epiſcopo nulla differentia debere decerni.

---

nientes ſtatum, ponunt eos in ſtatu perfectionis. Vnde relinquatur unuſquiſque in ſuo ſenſu hic abundare. Et nos præſuppoſita antedicta definitione ſtatus, rationes allatas ſcrutemur quantum ualeant. Nam contra illam rationem, quòd non obligantur ad hoc quòd curam animarum retineant perpetuo, ſicut Epiſcopi, inſtat Henricus de Gandauo, in quolib. 12. q. penul. falſum aſſumi, dicens quòd curati de rigore iuris tenentur ad perpetuam curam, ſicut Epiſcopi proportionaliter: quoniam neuter poteſt curam animarum deſerere niſi ī caſu. Sed de indulgentia iuris, curati poſſunt liberius curā animarum deſerere quàm Epiſcopi: quoniam Epiſcopus eget ſpeciali licentia, curatis autem generalis conceſſa eſt indulgētia tranſeundi ad religionem. *art. 4.*

¶ Et confirmatur iſta ratio, quia ſi curati abſolute non obligarētur ad perpetuam curā animarum, non egerent iuris indulgentia ad tranſeundum in religionē, ſicut non egent cæteri presbyteri. Conſtat autem quòd 19. q. 2. cap. Domine, indulgetur presbyteris curatis, ut poſſint tranſire ad religionem. Et ſimiliter non egerēt licentia Epiſcopi ad hoc ut deſererent curam animarū, & ſimplicem præbendā haberēt. Hæc enim ſunt ſigna ſuæ obligationis, quòd ſunt obligati ad curā animarum ex hoc ipſo ꝙ eam ſuſceperūt, ſicut Epiſcopi proportionaliter. Et cum non ſint obligati ad magis pro uno tempore, quàm pro alio, cōſequens eſt quòd habeant obligationem perpetuam. *art. 4.*

¶ Contra ſecundam uero rationem, ſcilicet quòd poſſint presbyteri curati curam deſerere, tranſeundo ad religionem, inſtat ibidem Henricus rationem eſſe inefficacem. Nam ex hoc quòd poteſt curatus tranſire ad religionem libere, non ſequitur, ergo non eſt obligatus ad perpetuam curam animarum. Sicut non ualet, Ioannes poteſt tranſire ad religionem arctiorem, ergo non obligatus eſt uoto perpetui uinculi ad religionem laxiorem in qua eſt.

¶ Tertia demum ratio, ſcilicet quòd ſi curatus eſſet in ſtatu perfectionis, nullo modo ei liceret de licentia Epiſcopi parochiam dimittere, & ſimplicem præbendam ſuſcipere, propter uerbum Domini, Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro &c. inſtantiam patitur: quoniam conſtat quòd Epiſcopus eſt in ſtatu perfectionis ſuperiori quàm ſit ſtatus religioſorum, ut in ſequenti patet articulo. Et tamen de licentia Romani Epiſcopi poteſt epiſcopatum deſerere, & uel ad minorem ſtatum deſcendere, quod eſt reſpicere retro: uel etiam ad non ſtatum tranſire remanendo ſine epiſcopatu in ſæculo. Pari ergo ratione curatus, quàmus in ſtatu perfectionis eſſet, licite aliquo modo poſſet de licentia Epiſcopi deſcendere, & ſedi Epiſcopi uacare ſine aliorum cura.

A ¶ Ad obiecta contra primam rationem, reſpondendo dicitur uerum eſſe, quòd curati de iuris rigore non tenentur ad curam animarum retinendum: quoniam nec iure ſcripto hoc inuenitur cautum, nec naturali, ſeu diuino iure ad hoc tenentur ſicut Epiſcopi. Et ratio differentiæ eſt, quia Epiſcopi aſſumunt curam animarū ut agētia principalia: curati uero aſſumunt curam animarum ut officiales principalium agentium. Hinc enim prouenit quòd Epiſcopi tenētur naturali uinculo ex diuino iure ad curam animarum non deſerendam, niſi in caſu: ſicut agentia principalia tenentur ad perfectionē ſuorum effectuū ex propria uirtute. Officiales uerò quia in uirtute principalis agentis operantur ut inſtrumenta, & ſicut aliena agūt uirtute, ita alienam exequuntur obligationem. *Li. 19. c. 19. a medio, to. 5.*

¶ Ad id uerò quod additur de indulgentia iuris dicitur, ꝙ dupliciter intelligi poteſt iuris indulgētia. Primò, ut a iure ſtatuta, hoc eſt, quòd totā uim ſuam ex iuris ſtatuto habeat. Alio modo, ut a iure oſtenſa. Ita quòd ius poſitiuū non facit, ſed monſtrat illam. Cùm autem dicitur quòd curati de iuris indulgentia religionem ingrediuntur, non intelligitur de indulgentia iuris primo modo, ut argumentum prætendit, ſed de indulgentia iuris ſecundo modo: quoniam curati ex hoc ipſo quòd curati ſunt, nulla egent poſitiui iuris conceſſione ad hoc ut tranſeant ad religionem: ſed ex propria poſſunt libertate ad religionem, utpote meliorem uitam, tranſire: quæ libertas indulgentia in iure oſtenſa uocatur. Et ne putet quiſpiam uoluntariā hanc eſſe diſtinctionem, affero manifeſtum iuris textum extra de renuntiatione, capitulo, Niſi cum pridem. ubi expreſſe dicitur, Facilius indulgetur, quòd monachus ad præſulatum aſcendat, quàm præſul ad monachatum deſcendat. Vbi expreſſe habes liberum perfectionis aſcenſum, quo monachus ad epiſco-
E patum promouetur, ſub indulgentia comprehendi. Cōſtat enim quòd nulla opus eſt in huiuſmodi aſcenſione iuris diſpenſatione. Sed Decretalis illa monſtrat indulgentiam, non facit, qua monachus fit præſul. *Cap. 5. par. 1. in tit. de ſacerdotū pfectionibus. Eſt glo. Bedæ in princ. c. 10. in Luc. tom. 2. In titu. Ariani. & eſt c. 53. tom. 6.*

¶ Ad confirmationem autem dicitur, quòd peccat ſecundum non cauſam ut cauſam: quoniam huius quod eſt curatum non poſſe deſerere curam niſi de licentia epiſcopi, abſque tranſitu ad religionem, non eſt cauſa perpetua obligatio curati ad curam animarum, ſed obligatio fidelitatis quam debet epiſcopo, cuius officialis eſt. Hoc enim quilibet officialis debet domino ſuo, niſi a ſuperiori domino uocetur ut contingit quando curatus tranſit ad religionem.

¶ Ad obiectum contra ſecundam rationem reſpondetur, quòd conditionalis authoris eſt ueriſsima, Si eſſet in ſtatu perfectionis, non poſſet tranſire ad religionem. Et inſtantia allata

de religione laxiori, nihil obſtat: quoniam ſi eſſent in ſtatu perfectionis curati, eſſent in perfectiori ſtatu quàm religioſi, quoniã eſſent in ſtatu perfectionis ut perfectores, ſicut epiſcopi, proportionaliter tamen: ac per hoc non liceret eis paſſim tranſire ad religionem ſicut de facto licet.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ epiſcopi principaliter habent curam ouium ſuæ diœceſis: preſbyteri autem curati, & archidiaconi, habēt aliquas ſubminiſtrationes ſub epiſcopis. Vnde ſuper illud 1. ad Cor. 10. Alij opitulationes, alij gubernationes, dicit gloſ. * opitulationes. i. eos q maioribus ferunt opē, ut Titus Apoſtolo: uel archidiaconi epiſcopis, gubernationes, ſ. minorū perſonarū: prælationes, ut preſbyteri ſunt, qui plebi documento ſunt. Et Diony. dicit 5. c. eccleſiaſticę hierarchię, * ꝙ ſicut uniuerſalem hierarchiam uidemus in Ieſu terminatam, ita unamquamque functionem in ꝓprio diuino hierarcha. i. epiſcopo. Et 16. q. 1. dicitur, † Omnibus preſbyteris & diaconibus attendendum eſt, ut nihil abſque proprij epiſcopi licentia agant. Ex quo patet, ꝙ ita ſe habent ad epiſcopum, ſicut baliui, uel præpoſiti ad regem. Et propter hoc, ſicut in mundanis poteſtatibus ſolus rex benedictionē ſolēnem accipit, alij uero per ſimplicem cōmiſſionem inſtituuntur: ita etiã in Eccleſia cura epiſcopalis cum ſolemnitate cōſecrationis committitur: cura aūt archidiaconatus, uel plebanatus cum ſimplici iniunctione, conſecrantur tamen in ſuſceptione ordinis, ſcilicet antequàm curam habeant.

¶ Ad obiectionem cōtra tertiam rationem reſpondetur, ꝙ differentia inter deſcenſum epiſcopi, & deſcenſum curati, ſi eſſet in ſtatu perfectionis, monſtrat illum eſſe licitum, & hunc illicitum. Eſt enim inter eos differentia quo ad duo. Primo, ex parte dantis licentiam: quia dans licentiam epiſcopo, ut deferat epiſcopatum, eſt ſolus Papa. Dans autem licentiam curato deſerendi curam, eſt epiſcopus. Inter epiſcopum autem & Papam, quantum ad propoſitum ſpectat, hæc eſt differentia, quòd Papa diſpenſat in uotis ſeu obligationibus perpetuis, epiſcopus autem nō, ut in litera dicitur. Ac per hoc ſi curatus eſſet in ſtatu perfectionis, & ſic ex hoc ipſo habens obligationē perpetuã, non licite licentiaretur ab epiſcopo, utpote non habente authoritatem ſupra huiuſmodi uinculis perpetuis. Secundo, ex parte cauſæ: quia epiſcopus, ut in litera dicitur, & in dicta decretali, Niſi cū pridem, patet, certe exiguntur cauſæ ad hoc ut epiſcopo concedatur deſerere animarum curam. Curatus autem paſſim poteſt ab epiſcopo licentiari ad parochiæ ſuæ deſertionem: & hoc oſtendit ipſum non eſſe in perfectionis ſtatu. Et per hæc patet ſolutio obiectionis.

Gloſ. interlinearis, ibi.

Ca. 5. in titulo de ſacerdocum perfectionibus.

16. q. 1. cap. Cunctis, in principio.

¶ Circa illud literæ dictum, Solus Papa diſpenſat in uotis perpetuis, dubium occurrit: quoniam de facto Eccleſiæ habet conſuetudo nullo contradicente, quòd etiam epiſcopi in uotis orationum ieiuniorum, & peregrinationum, ac eleemoſynarū, quàmuis perpetuis, diſpenſant, ſeu commutant. Non uidetur ergo uerum quod in litera dicitur, ſed uoluntarie dictum.

¶ Ad hoc dicitur, quòd uotum eſſe perpetuum contingit dupliciter, ſcilicet per ſe, uel per accidens. Illud enim uotum eſt perpetuum per ſe, quod ſimpliciter & abſolute prolatum perpetuum ſubintelligitur, ut uotum caſtitatis, uotum religionis, & huiuſmodi. Hæc enim abſque perpetuitatis prolatione prolata perpetuo ſubintelligi patet ex communi Eccleſiæ intellectu. Vnde hæc dicuntur perpetua per ſe. Illa autem quæ abſolute & ſimpliciter prolata non ſubintelliguntur perpetuo, ſed de eis quærendum reſtat quandoque, an habeant perpetuitatem uel non: dicuntur perpetua per accidens, ut uotum orationis, aut ieiunij, & huiuſmodi. Author autem in litera de uotis perpetuis per ſe tantummodo loquitur, & non de perpetuis per accidens: quia ſermo eius eſt formalis & per ſe: & ad propoſitum ſuum uotum per ſe perpetuum optime deſeruit, quia obligatio ad curam animarum eſt per ſe perpetua. Et quia liquido conſtat huiuſmodi uota, quæ ſunt per ſe perpetua, Papæ reſeruata eſſe: ideo auhtor hoc abſque probatione alia tamquàm manifeſtum dixit.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem articuli dubium occurrit: quia reſponſio non uidetur ſatisfacere argumēto, quamuis uera dicat. Nam Hieronymus in argumento affertur, dicens epiſco-

F pos maiores eſſe presbyteris, magis Eccleſię … dominicæ diſpenſationis ueritate: quibus … nihil uidetur dici.

¶ Ad hoc dicitur tripliciter. Primo, quòd … telliguntur quantum ad diſtinctionem …

Ad tertium dicēdum, quòd ſicut plebani & archidiaconi non habent principaliter curã, ſed adminiſtrationem quãdam ſ*m* quod eis ab epiſcopo cōmittitur, ita etiam ad eos non pertinet principaliter paſtorale officiū, nec obligatio ponendi animam pro ouibus, ſed inquantū

G participant de cura. Vnde magis habent quoddam officium ad perfectionem pertinens, quàm obtineant perfectionis ſtatum.

## Articvlvs VII.

*Vtrum ſtatus religioſorum ſit perfectior, quàm ſtatus prælatorum.*

Ad septimvm ſic procedit. Vr ꝙ ſtatus religioſorū ſit perfectior, quàm ſtatus prelatorum. Dominus. n. dicit Matth.

H 19. Si uis perfectus eſſe, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, quod faciunt religioſi. Non aūt ad hoc tenentur epiſcopi. dicitur enim 12. q. 1. * Epiſcopi de rebus proprijs, uel acquiſitis, uel quicquid de proprio habent, hæredibus ſuis derelinquant. ergo religioſi ſunt in perfectiori ſtatu quàm epiſcopi. ¶ 2 Præt. Perfectio principalius cōſiſtit in dilectione Dei, q̃ in dilectione proximi: ſed ſtatus religioſorū directe ordinatur ad di

I lectionē Dei. Vñ & ex Dei ſer-

dum rem inter epiſcopum & presbyterum … cauſa diuerſitatis dicit, ꝙ magis cognoſci … tatis eccleſiaſtica conſuetudo, quàm … autem author de ipſa diuerſitate inter epiſcopum … tractat hic, non de illius cauſa, nec de illius … ſit, ſatis credens factum eſſe argumento ex … ¶ In reſponſione ad ſecundum eiuſdem … ctum authoris ſcilicet curati ſe habent ad epiſcopum … liui & præpoſiti ad Regem, quod ab … uoluntarie traditum eſt, ſed triplici fundamento … ſcilicet gloſ. 1. ad Cor. 12. Diony. & canonis … dens eos author a ſtatu perfectionis, dicit eos … fectionem pertinente eſſe, ita quòd curati … 

K ctu quorundam ad perfectionem pertinentium … hoc arguat, quia ordo curatorum inſtitutus eſt … tione ſeptuaginta duo diſcipulorum, ac per hoc … ciales epiſcoporum, ut author dicit. Sed ad hoc … tur, quòd licet Dominus in 72. inſtituerit … conſequentia, ergo non inſtituit eos officiales … Dominus inſtituerit epiſcopos in 12. apoſtolis … pales, & curatos in 72. tamquam coadiutores … palium. Vnde ex dominica inſtitutione nihil … probari contra præſentem doctrinam: … ſacrorum ordinum a Domino poteſt probari … in ſacris, ſint in ſtatu perfectionis.

*¶ Super Quæſt. 184. Artic. ſeptimum.*

In ar. 7. eiuſdem q. notãdū eſt, ut unico uerbo … paupertatis, & caſtitatis abſoluatur, ꝙ …

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uirio & famulatu nominatur, ut Dion. dicit in 6. c. eccle. hierar. * Status autem epiſcoporum uidetur ordinari ad dilectionē ꝓximi, cuius curæ ſuperintēdunt, unde & nominantur, ut patet ꝑ Aug. 19. de ciui. Dei. †ergo uidetur ꝙ ſtatus religioſorum ſit ꝑfectior, quàm ſtatus epiſcoporū.

¶3 Præt. Status religioſorum ordinatur ad uitam cōtemplatiuā, quę potior eſt quā uita actiua, ad quā ordinatur ſtatus epiſcoporū. dicit. n. Greg. in paſtoral. * quòd per uitam actiuā prodeſſe proximis cupiens Iſaias officiū prædicationis appetijt. Per cōtēplatiuam uerò Hieremias amori Conditoris ſedulo inhærere deſiderans, ne mitti ad prædicādum debeat, contradicit. ergo uidetur quòd ſtatus religioſorū ſit perfectior quàm ſtatus epiſcoporum.

Sed contra. Nulli licet a maiori ſtatu ad minorē trāſire, hoc enim eſſet retro aſpicere: ſed pōt aliquis à ſtatu religionis tranſire ad ſtatum epiſcopalem. Dī. n. 18. q. 1. * ꝙ ſacra ordinatio de monacho epiſcopum facit. ergo ſtatus epiſcoporum eſt perfectior, quàm ſtatus religioſorum.

Respon. Dicēdum, quòd ſicut Aug. dicit 12. ſuper Gen. ad literam. * Semper agens præſtantius eſt patiēte. In genere autem perfectionis ſecundum Dionyſ. epiſcopi ſe habent, ut ꝑfectores, religioſi autem ut perfecti, quorum unum pertinet ad actionē, alterum autem ad paſſionē. Vnde manifeſtum eſt, quòd ſtatus perfectionis potior eſt in epiſcopis, quàm in religioſis.

Ad primvm ergo dicēdum, quòd abrenūciatio propriarum facultatum dupliciter conſiderari poteſt. Vno modo, ſecundum quod eſt in actu, & ſic in ea non conſiſtit eſſentialiter ꝑfectio, ſed eſt quoddam perfectionis inſtrumentum, ſicut ſupra dictū eſt: * & ideo nihil ſtatum perfectionis prohibet eſſe ſine abrenūciatione propriorum, ſicut etiā dicendum eſt de alijs exteriorib. obſeruantijs. Alio modo, pōt conſiderari ſecundum præparationem animi, ut ſ. homo ſit paratus, ſi fuerit opus, oīa dimittere, uel diſtribuere: & hoc pertinet directè ad perfectionem. Vñ Aug. dicit in lib. de quæſtionib. Euangelij. * Oſtendit Dominus filios ſapientiæ intelligere, non in abſtinendo, nec in manducando eſſe iuſtitiā, ſed in ęquanimitate tollerandi inopiam. Vnde Apoſto-

A lus dicit. Scio & abundare, & penuriam pati. Ad hoc autem maxime tenētur epiſcopi, quòd omnia ſua pro honore Dei, & ſalute ſui gregis contemnant, cū opus fuerit, uel pauperibus ſui gregis largiēdo, uel rapinam bonorum ſuorum cum gaudio ſuſtinēdo.

Ad ii. dicendū, ꝙ hoc ipſum quòd epiſcopi intēdunt his, quę pertinent ad proximorum dilectionem, prouenit ex abundantia dilectionis diuinæ. Vnde Dominus primo a Petro quæſiuit, B an eum diligeret, & poſtea ei ſui gregis curam commiſit. Et Grego. dicit in paſtorali. Si dilectionis teſtimonium eſt cura paſtoralis, qſquis uirtutib. pollens, gregem Dei renuit paſcere, Paſtorē ſummum conuincitur nō amare. Hoc autē eſt maioris dilectionis ſignum, ut homo propter amicum etiam alij ſeruiat, quàm etiam ſi ſoli amico uelit ſeruire.

Ad iii. dicendū, quòd ſicut Greg. dicit in paſtora. Sit præſul actione, pręcipuus, præ cunctis C contemplatione ſuſpenſus, quia ad ipſos pertinet non ſolum ꝓpter ſeipſos, ſed propter inſtructionem aliorum contemplari. Vnde Greg. dicit ſuper Ezech. * quòd de perfectis uiris poſt contemplationem ſuam redeuntib. dicit Pſal. 144. Memoriam ſuauitatis tuæ eructabunt.

## Articvlvs viii.

*Vtrum presbyteri curati, & Archidiaconi, ſint maioris perfectionis, quàm religioſi.*

D

Ad octavvm ſic procedit. Videtur, quòd etiā presbyteri, curati, & Archidiaconi, ſint maioris perfectionis, quàm religioſi: Dicit enim Chryſoſ. in ſuo Dialogo. * Si talem mihi aliquē adducas monachum, qualis, ut ſecundum exaggerationem dicam, Helias fuit: non tamen illi comparadus eſt, qui traditus populis & multorum peccata ferre cōpulſus, immobilis perſeuerat E & fortis. & paulo poſt dicit. Si qs mihi proponeret optionem, ubi mallē placere in officio ſacerdotali, an in ſolitudine monachorum, ſine comparatione eligerē illud quod prius dixi. Et in eodē lib. dicit. * Si quis bñ adminiſtrato ſacerdotio illius propoſiti, ſcilicet monachalis, ſudores conſerat, tantum eos diſtare reperiet, quantum inter priuatum diſtat, & regem. ergo uidetur quòd ſacerdotes habētes curam anima-

tum ad ipſum actū, ſcilicet eſſe actualiter pauperem, carere actualiter uxore, concedendum eſt dicere & eſſe ꝑfectionem, inſtrumentaliter tamen: & ſic non oportet multum diſputare. Sed ubicunque hæc repereris eſſe perfectiones: fatere uerum id eſſe, ſed cum grano ſalis, ſcilicet inſtrumentaliter, nō eſſentialiter. Idē autem actus ſecūdū animi pręparationē ſunt perfectiones lōge in altiori gradu, quàm primo modo: quoniam ſunt inſeparabiles comites, ſeu effectus eſſentialis ꝑfectionis, quæ in charitate cōſtit. Qui enim perfectæ charitatis eſt, paratisſimus eſt & uxore, & bonis omnibus carere propter Dei, aut proximi dilectionem, alioquin perfectus nō eſt. Et propterea ſtatus epiſcopalis, quantum ex natura ſua, nec uotum caſtitatis, nec uotum paupertatis habet: & tamen altior eſt, & perfectior ſtatu religioſorum habentium hęc uota. Sat enim eſt epiſcopali perfectioni, habere hæc in præparatione animi.

¶ *Super Quæſtionis centeſimaoctuageſimæquartę. Articulum octauum.*

In arti. 8. eiuſdem q. aduerte primo titulum, quòd hic non quæritur de ſtatu religioſornm, & ſtatu curatorum, faciédo uim in nomine, ſeu ratione ſtatus: ſed comparantur hic religioſi ſecundum genus ſuum generi curatorū excluſis epiſcopis: ita quòd ſiue ſint in ſtatu, ſiue non & quocunque nomine, quæſtio hic eſt de rebus ipſis, an religioſorum genus perfectius ſit genere curatorum minorū, hoc eſt, nó epiſcoporum. De his enim ſolis eſt hic ſermo.

¶In eodem articulo circa primam comparationem, quæ fit in litera quo ad bonitatem inter genus religioſorum, & genus curatorum, quatenus illi religioſi ſunt, & iſti curati, tria notanda occurrunt, quæ diſcusſione egent. Primū eſt, prima ratio literæ. ſ. Religioſi obligātur uoto perpetuo ad ſtudium perfectionis: curati non obligantur ad perpetuā curam animarum. ergo illi perfectiores ſunt iſtis. Cōtra hoc namq; inſtatur, quia licet cæteris paribus, facere aliquid cum uoto perfectius ſit q̃ ſine uoto, ubi tamen genera operum non ſunt paria, non oportet eſſe uerum, quòd melius ſit operari cū uoto perpetuo, q̃ ſine illo. Sic autem eſt in propoſito: quoniā genus operis ſpectās ad religioſum eſt lōge inferius, quàm genus operis ſpectans ad curatum, ut patet ex hoc, quòd op⁹ religioſi eſt ſuip ſius tantum cura: opus autem curati eſt animarum cura. Hoc autem conſtat longe eſſe præſtantius; quoniam bonum gētis diuinius eſt quàm bonum unius. Et ſic propria literæ ratio ruere uidetur.

¶Srcundum eſt, ſecūda literæ ratio ad idem. ſ. Curato non competit principalē curam ſubditorū habere, ſicut epiſcopo: ſed quædam particularia circa curā animarum eorum officio committuntur. Cōtra hoc enim inſtatur, quod. ſ. proportionaliter curato ſicut epiſcopo incūbit cura animarum: quoniam curato cōueniūt omnes actus hierarchici. ſ. purgare corripiendo, illuminare docēdo, perficere ſacramēta prębendo.

¶ Tertium eſt, quòd hæc comparatio intelligenda eſt ſecundum genus operis. Contra hoc enim arguitur, quòd ex hoc ipſo ſenſu huius cōparationis ſequitur oppoſitum intēti ab authore. Nam genus operis in epiſcopo & curato eſt idē, ſcilicet curam animarum habere, licet mod⁹ exercēdi hoc genus operis accepte d'uerſus in epiſcopo & curato, puta, quia epiſcopus principaliter, cura-

tus

Parte 1. c. 5, parum ante medium.

In 2. par. c. 1. parum ante medium.

* Homil. 5. a medio illius

Quol. 1. arti. 14. ad 2. & quol. 3. ar. 17 Et opu. 18. c. 20. 21. & Matth. 19.

* In lib. 6. de ſacerdotio inter princ. & med. to. 5.

Lib. 6. de ſacerdotio, inter princ. & mediū, to. 5.

Eodem loco nunc proxime dicto.

tus ſecundario hēt,
& exercet curā ani-
Epiſt. 148. in prin. to. 2.
marum. Manifeſte ſi
quidem patet, quòd
non eſt hic differen-
tia ſecundum genus
operis, ſed ſecūdum
modum habendi, &
exercendi illud. Tūc
ſic. Opus curati ſecū
dū genus operis eſt
idem cum opere epi
ſcopi. ergo eſt perfe
ctius ſecundum ge-
nus operis q̄ opus
religioſum. Probat
Epiſt. 76. in med. to. 2.
ſequela: quia opus
Epiſcopi ſecundum
genus operis eſt pfe
ctius opere religio-
ſo. Et confirmatur,
quia iuxta dominicā
ſentētiam, in tria ge-
nera hominum uni-
uerſa diſtinguit Ec-
clesia. ſ. molentium
In ead. epiſt. 76.
in mola, quieſcentiū
in lecto, & laboran-
tium in agro. Cōſtat
autem ſub tertio ge-
nere operis contine-
ri tam epiſcopos, q̄
curatos qui laborāt
ad fructum anima-
rum. Vnum ergo, &
idem eſt genus ope
ris in epiſcopis, &
curatis. Ergo eſt per
fectius religioſo ope
re, quod per lecti qe
tem ſignificatur. Et
patet ſequela, ut pri⁹.
16. q. 1. ca. Si quis monachus.
¶Præt. Curati ſunt ī
ſtatu, ſeu in officio
Eccleſiaſtico, ut pfe
ctores, religioſi ſunt
ut pfecti. ergo cura-
ti ſecūdū genus ope
ris ſunt perfectiores
quàm religioſi. An-
tecedens probatur:
De uiuendi forma a medio, tom. 1.
quoniā inficiari non
pōt, quin curati offi-
ciales ſint perfecti-
ui. Sunt ergo de ordi
ne perfectionem fa-
ciētium, quod ſigni-
ficat eſſe perfectio-
res. Conſequētia cla
ra eſt, quoniā agens
ſemper præſtantius
Ar. præced.
eſt patiente: & perfi-
cere diuinius eſt, q̄
perfici.
¶Ad horum euiden
tiam ſciendū eſt, ꝙ
author duo de cura-
tis dicit. ſ. ꝙ nō prin
cipaliter, ſed ſecun-
Li. 2. c. 3. circa ſi. tom. 5.
dario habent curam
animarum, & ꝙ nō
habent principalem
curam animarū. Et
quoniam ex his uni-
uerſa queſtio pēdet,
diligentius utrūque
manifeſtandum eſt.
¶Quo ad primū igit
ſcito, ꝙ alia eſt di-
19. q. 2. c. duæ ſunt, a med.
ſtinctio, qua diſtin-
guitur agens in ſupe
rius & inferius: & a-
lia eſt diſtinctio qua
diſtinguitur agēs in

rum, ſint perfectiores religioſi.
¶2 Præt. Aug. dicit in epiſtola ad
Valeriū. * Cogitet religioſa pru
dentia tua, nihil eſſe in hac uita,
maxime hoc tēpore, difficilius,
laborioſius, periculoſius epiſco
pi, aut presbyteri, aut diaconi of
ficio: ſed apud Deum nihil bea
tius, ſi eo modo militetur, quo
noſter imperator iubet. nō ergo
religioſi ſunt pfectiores presby-
teris, aut diaconibus.
¶3 Præt. Aug. dicit ad Aureliū. *
Nimis dolendum eſt, ſi ad tā rui
noſam ſuperbiā monachos ſub
rigimus, & tam graui contume-
lia clericos dignos putamus, ut
ſcilicet dicatur, quòd malus mo
nachus, bonus clericus eſt, cùm
aliquando etiam bonus mona-
chus uix bonū clericum faciat.
Et paulo ante præmittit, * nō eſ-
ſe uiam dandam ſeruis Dei. i. mo
nachis, ut facilius putent eligi ad
aliquid melius. ſ. clericatum, ſi fa
cti fuerint deteriores. ſ. abiecto
monachatu. ergo uidetur quòd
illi qui ſunt in ſtatu clericali, ſint
perfectiores religioſis.
¶4 Præt. Non licet de ſtatu maio
ri ad minorem trāſire: ſed de ſta-
tu monaſtico tranſire licet ad of
ficium presbyteri curam haben
tis, ut patet. 16. q. 1. ex decreto Ge-
laſij Papæ, qui dicit. Si qs mona-
chus fuerit, qui uenerabilis uitæ
merito, ſacerdotio dignus preui
deatur, & abbas, ſub cuius impe-
rio regi Chriſto militat, illū fieri
presbyterum petierit, ab epiſco-
po debet eligi, & in loco quo iu-
dicauerit, ordinari. & Hieron. di
cit ad Ruſticum * monachum.
Sic uiue in monaſterio, ut cleri-
cus eſſe merearis. ergo presbyte-
ri, curati, & archidiaconi, ſunt p-
fectiores religioſis.
¶5 Præt. Epiſcopi ſunt in ſtatu p-
fectiori quàm religioſi, ut ex ſu-
pra dictis patet: * ſed presbyteri,
curati, & archidiaconi ex eo ꝙ
habent curam animarum, ſimi-
liores ſunt epiſcopis quàm reli-
gioſi. ergo ſunt maioris perfe-
ctionis.
¶6 Præt. Virtus cōſiſtit circa dif
ficile & bonum, ut dr̄ in 2. Eth. *
ſed difficilius eſt, ꝙ aliquis bene
uiuat in officio presbyteri, cura-
ti, uel archidiaconi, quàm in ſta-
tu religionis. ergo presbyteri, cu
rati, uel archidiaconi, ſunt perfe
ctioris uirtutis quàm religioſi.

Sed contra eſt, quod dr̄. 19.
q. 2. ca. Duæ. * Si quis in eccleſia
ſua ſub epiſcopo populum reti-
net, & ſeculariter uiuit, ſi afflatus
Spiritu ſancto, ī aliquo monaſte
rio, uel regula canonica ſaluari

F ſe uoluerit, qa lege priuata duci
tur, nulla ratio exigit, ut publica
conſtringatur: ſed non ducitur
aliquis a lege Spiritusſancti, quæ
ibi dicitur lex priuata, niſi in ali
quid perfectius. ergo uidetur, ꝙ
religioſi ſint perfectiores, quàm
Archidiaconi, uel presbyteri cu
rati.

Respondeo. Dicendum,
quòd comparatio ſupereminen
tiæ non habet locum inter ali-
quos ex ea parte in qua conue-
niunt, ſed ex ea parte in qua dif
G ferunt. In presbyteris autem, cu
ratis, & archidiaconis, tria eſt
conſiderare, ſcilicet ſtatum, or-
dinem, & officium. Ad ſtatum
pertinet, quòd ſeculares ſint: ad
ordinem, quòd ſint ſacerdotes,
uel diaconi: ad officiū quòd cu-
ram animarum habeant ſibi cō
miſſam. Si ergo ex alia parte po
namus ſtatum religioſum ordi
ne diaconum, uel ſacerdotē, offi
cio curam animarum habentē,
ſicut plerique monachi, & cano
nici regulares habent, in primo
H quidem excellit, in alijs autē par
erit. Si autem differat ſecundus
a primo ſtatu, & officio, conue
niat autem ordine, ſicut ſunt re
ligioſi, ſacerdotes, & diaconi cu
ram animarum non habētes, ma
nifeſtum eſt, quòd ſecundus pri
mo, erit ſtatu quidem excellen-
tior, officio autem minor, ordi
ne uerò æqualis. Eſt ergo cōſide
randum, quæ præeminentia po
tior ſit, utrum ſtatus, uel officij.
circa quod duo attendenda ui-
dentur. ſ. bonitas, & difficultas. Si
I ergo fiat comparatio ſecundum
bonitatem, ſic præfertur ſtatus
religionis officio presbyteri cu
rati, uel archidiaconi: quia reli
gioſus totam uitam ſuam obli
gat ad perfectionis ſtudium. Pre
sbyter autem curatus, uel archi
diaconus non obligat totam ui
tam ſuam ad curam animarum
ſicut Epiſcopus: nec etiam ei cō
petit principalem curam ſubdi
torum habere, ſicut Epiſcopo:
ſed quædā particularia circa cu
K ram animarū eorum officio cō
mittuntur, ut ex dictis patet. * Et
ideo cōparatio ſtatus religionis
ad eorum officium, eſt ſicut uni
uerſalis ad particulare, & ſicut
holocauſta ad ſacrificium, qđ eſt
minus holocauſto, ut patet p Greg. ſuper
& 19. q. 1. dicitur. * Clericis q monach
ſitum appetunt, quia meliorem uitam
liberos eis ab Epiſcopo in monaſteri
giri ingreſſus: ſed hæc comparatio
ſecundum genus operis. Nam ſecun
tem operantis contingit quādoque,
genere ſuo minus exiſtens, magis

animarum . Et propterea epiſcopus ad curam animarum tendit ut ad proprium finem,& ipſam facit ut formam complentē generationem: curatus uerò adiuuat ad dictum finem & formam, & ſic agit propter alium finem . Et quoniam non ſufficit dicere ſic eſſe, ſed oportet probare quòd ſic eſt, probatur iſta negatiua ſcilicet, Curatus non hēt curā animarum, ut agens principale, ſeu quod idem eſt, ut agens perficiens, tali ratione. Et ſupponimus qđ euidentiſſimum eſt , quòd ſi curatus eſt ut agens perficiens, eſt ut intimum & proximum agens ut perficiens, ſicut homo generat hominem, & domificator facit domū. Formatur ergo ſic ratio . Omne agens ut perficiens poteſt cum ſuis inſtrumentis , & adiuuantibus, & uniuerſaliter quibuſcunque ſibi miniſtrantibus , omnia efficere quæ efficienda ſunt ad hoc ut ad perfectum proprius effectus deducatur: ſed curatus cum omnibus ſibi miniſtrantibus non poteſt efficere omnia quæ effici oportet ad complementū curæ animarum. ergo curato non conuenit cura animarum ut agenti perficienti . Diſcurſus bonus, & maior patet inductiuè in naturalibus . Homo enim non eſſet agēs ut perficiens reſpectu generati hominis, niſi potuiſſet, & oſſa,& carnes,& neruos, & breuiter omnia quæ fieri oportet ad complendam generationem hominis,facere: & ſimile eſt de alijs cum bos generat bouem &c. Domificator quoq;, niſi cū ſibi miniſtrantibus poſſet ligna dolare,compaginare &c. quæ neceſſaria ſunt ad complementū domus efficere, non eſſet agens ut perficiens reſpectu domus: & ſimile eſt in cæteris artificialibus . Minor autem probatur ex hoc,quòd ad complementum curæ animarum requiritur collatio ſacramentorum Eccleſiæ . Curatus autem a maiori parte ſacramentorum deficit.Nam nō poteſt conſecrare oleū,ſeu chriſma neceſſarium ad baptiſma:ac per hoc nō poteſt totum quod eſt neceſſarium ad baptizandum. Non poteſt quoq; confirmare, non poteſt calicem conſecrare pro Euchariſtia, non pōt oleum conſecrare pro extrema unctione,non poteſt ordinem aliquem conferre:ac per hoc non poteſt perfectam plebem facere, cum plebs conſtet ex clericis & laicis: nec poteſt cōſecrare uirgines, quę tamen illuſtrior eſt portio plebis Chriſti : nec poteſt conſecrare Eccleſias in quib. tamen præcipue exercenda eſt cura animarum . Nec obſtat ſi dicatur ad illud de baptiſmo , quòd ſola aqua ſufficit:quoniam hoc eſt uerū in caſu,in quo presbyter baptizaret,ut uetula : ſermo autem eſt de curato, quando baptizat ut curatus.Et hinc patet intellectus repetiti dicti in litera.ſ.ꝙ curato quædam particularia ſunt commiſſa circa curam animarū. Apparet enim manifeſtè ex his,quòd nō omnia requiſita ad cōplementum curæ animarum poteſt efficere , ſed quædam ualde pauca . Et ſic patet intenta concluſio.ſ. quòd curato non conuenit cura animarum principaliter,ſed ſecundario,hoc eſt,ut adiuuanti,ut allegata gl.in litera ex 1. ad Corinth.12. optimè dixit.

ſcilicet ſi ex maiori charitate fiat. Si uerò attendatur difficultas bene conuerſandi in religione, & in officio habentis curam animarum , ſic difficilius eſt cōuerſari bene cum cura animarū ꝑpter exteriora pericula: quàmuis conuerſatio religionis ſit difficilior, quantum ad ipſum genus operis propter altitudinem obſeruantiæ regularis. Si uerò religioſus etiam ordine careat, ſicut patet de conuerſis religionum, ſic manifeſtum eſt excellere præeminētiam ordinis quātum ad dignitatem : quia per ſacrum ordinem aliquis deputatur ad digniſſima miniſteria, quibus ipſi Chriſto ſeruitur in ſacramento Altaris , ad quod requirit̄ maior ſanctitas interior, quàm requirat etiam religionis ſtatus : quia ſicut Dionyſius dixit 6.c.eccleſiaſticæ hierarchiæ.* Monaſticus ordo debet ſequi ſacerdotales ordines,& ad eorum imitationem in diuina aſcendere. Vnde grauius peccat, cæteris paribus , clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, ſi aliquid contrarium ſanctitati agat, quàm aliquis religioſus, qui non habet ordinem ſacrum : quamuis laicus religioſus teneatur ad obſeruantias regulares, ad quas illi, qui ſunt in ſacris ordinibus,non tenentur.

Ad primvm ergo dicendū, quòd ad illas authoritates Chryſoſtomi breuiter reſponderi poſſet, quòd non loquitur de ſacerdote curato minoris ordinis,ſed de epiſcopo , q dicitur ſummus ſacerdos:& hoc conuenit intentioni illius libri,in quo conſolatur ſe,& Baſilium de hoc, quòd erant in epiſcopos electi . Sed hoc prætermiſſo, dicendum eſt, quòd loquitur quantum ad difficultatem: præmittit.n.† Cū fuerit gubernator in medijs fluctibus, & de tempeſtate nauem liberare potuerit, tunc merito teſtimonium perfecti gubernatoris ab omnibus promeretur : & poſt concludit, quod ſupra poſitum eſt de monacho,* qui non comparandus eſt illi , qui traditus populis , immobilis perſeuerat,& ſubdit cauſam:† quia ſicut in tranquillitate, ita in tempeſtate gubernauit ſeipſum . Ex quo nihil aliud oſtendi poteſt, niſi ꝙ periculoſior eſt ſtatus habentis curam animarum , quàm monachi.In maiori autem periculo innocentem ſe ſeruare eſt maioris uirtutis indicium . Sed hoc etiam ad magnitudinem uirtutis pertinet,quòd aliquis uitet pericula religionem intrando: unde non dicit quòd mallet eſſe in officio ſacerdotali, quàm in ſolitudine monachorum, ſed quòd mallet placere in hoc, quàm in illo : quia hoc eſt maioris uirtutis argumentum.

Ad ii. dicendum , quòd etiā illa authoritas Auguſtini manifeſte loquitur quātum ad difficultatem, quæ oſtendit magnitudinem uirtutis in his, qui bene cōuerſantur, ſicut dictum eſt.*

Ad iii. dicēdum, quòd Aug. ibi cōparat monachos clericis, quantum ad diſtātiam ordinis,

¶Quo ad ſecundā uero concluſionē in litera de curato poſitā.ſ. quòd non habet curā principalem animarum , facile patere poteſt , quod principalis cura animarum conſiſtit in principalibus actibus ipſius curæ: non curato autem,ſed epiſcopo conueniūt principales actus ipſius curæ.ergo non curato, ſed epiſcopo cōuenit principalis cura animarum . Maior eſt ex ſeipſa euidentiſſima . Minor uerò manifeſtat̄ in quinque actibus. Primus eſt,adminiſtratio ſacramentorum ſimpliciter , hoc eſt, non huius , uel illius ſacramenti. Conſtat enim quòd ſolus epiſcopus habet curam adminiſtrandi ſimpliciter ſacramenta populo, quoniam ſolus habet poteſtatē omnia cōferendi, & omnia cōficiendi ad ea opportuna . Secūdus eſt excellētia reſeruatorum actuū. Manifeſtè enim apparet quòd excellētes actus,ut ſunt cōſecrationes ſponſarum Chriſti , conſecrationes eccleſiarū, & alia huiuſmodi, ſolius epiſcopi curæ commiſſa ſunt. Tertius eſt, prædicatio. Nam prædicationis officium epiſcopo ī ſua cōſecratione iniungitur, ut neceſſarium & proprium. Nec obſtat quòd in ordinatione presbyterorum dicatur, ꝙ presbyterum oportet prædicare : quoniam per hoc nō denotatur niſi poteſtas quaſi ligata ad prædicandū . Non enim presbyter ex ſua ordinatione tenet̄ ad prædicandū, ſed poteſt, ſi ſibi committatur . Nec ex hoc , ꝙ ſit curatus , committitur ſibi prędicationis officium niſi per accidens. ſ.ſi ſciat ꝑdicare: cuius ſignum eſt,quòd nō requiritur à curato quòd ſciat prædicare, ſed bene exigitur hoc ab epiſcopo ut patet per Apoſtolum dicentem. Væ enim mihi eſt niſi euangelizauero:neceſſitas enim mihi incumbit . Quod autem eſt per accidens , relinquitur ab arte.Quartus eſt officium perfectoris. Nam,ut patet ex 5.& 6.capitulis eccleſiaſticæ Hierarchiæ , tres ſunt ordines efficientium , & tres ſuſcipientium , reſpectu trium actuum hierarchicorum, Primus eſt diaconorum,quorū eſt purgare, cui reſpōdet ordo immundorum,quorum eſt purgari.Secundus eſt ordo presbyterorum , quorum eſt illuminare per ea quæ tribuunt ſacramenta,cui reſpondet populus ſacramentorū ſuſceptiuus.Tertius eſt epiſcoporum, quorum proprium eſt perficere, cui reſpōdet ordo religioſorum,quorum eſt ab epiſcopis perfici , hoc eſt ad perfectionem eorum doctrina & exemplo duci . Ex quibus patet , quòd perfectorum officium,ſeu eſſe perfectorem , quod ſummum actum hierarchicum importat, proculdubio requiſitū ad complementum curę animarum, non curato , ſed epiſcopo conuenit. Quintum,quod ex omnibus dictis ſequitur,eſt,ꝙ agere directè ad ſalutem animarum , eſt proprium opus epiſcopi: ita quòd animarum ſalus , quæ eſt forma ab agente curam animarum principaliter intēta, eſt proprius finis curæ ipſius epiſcopi:ſicut forma domus,eſt proprius finis domificationis, & domificatoris ut ſic.Et ſic patet ſecunda concluſio literæ.

¶Ad obiecta ergo in oppoſitum ordinate reſpondendo dicitur,

primam

Lib.6. de ſacerdotio inter princ.& med. to.5.

Art.1. huius quæſt.

Eo.loco nſe dicto.

In ſolut. ad præc.arg.

primam rationem.ſ.Religioſus obligat totam uitam ſuã ad ſtudium perfectionis,&c.ſtare ſolidam & ualidã.Et cũ dicitur,Religioſus habet curam ſuiipſius,curatus autem populi:reſpondetur,ꝙ habere curam populi contingit dupliciter.ſ. principalem ſeu principaliter,uel per modum adiuuantis. Et ꝙ habere curam populi principalem & principaliter longe melius eſt ex ſuo genere, quàm habere curam ſuiipſius tantum,ſed hoc non conuenit curato: habere autem curam per modum adiuuãtis, minus eſt quàm habere uotũ ad perfectionem perpetuũ in ſeipſo. ſic autem ſe habent religioſi & curati: ut patet ex dictis.

16.q.1.c. de Monachis.

¶Ad obiecta uerò contra ſecundam rationem dicitur, ꝙ ut patet ex Dion. Loco præallegato, falſum eſt, ꝙ ſacerdos non epiſcopus, habet omnes actus hierarchicos, quoniam ſibi deeſt ſupremus, qui eſt perficere. Et cum dicitur, Perficit docendo: reſpondetur primo, quòd non quodlibet docere ſufficit ad perficiendũ, ſed requiritur, ꝙ ſit docere ea quæ ſunt ad perfectionis ſtatum, & augmẽtum: quod quidem epiſcopo tanquàm perfectisſimo iure conuenit, non autem curato,cui non conuenit docere, niſi minima quædam, puta, quando ſunt uigiliæ ieiuniorum, quando feſta, & quomodo debent ſine mortali peccato ad ſacramẽta uenire, communicare, & confiteri Reſpondetur ſecundo, ꝙ docere ſimpliciter non conuenit curato, niſi per accidẽs ut prædictũ eſt, ſed epiſcopis,qui ſoli ſunt paſtores propriè loquendo, de quib.ſcriptum eſt:Alios autem paſtores,& doctores.

Argum.4.

Loco citato in arg.

Art.5.& 6.

¶Ad obiecta autem contra tertio loco dictum in litera.ſ.ꝙ comparatio iſta intelligitur ſecundum genus operis, reſpondetur. Et ad primum dicitur,quod hoc ipſo,quòd cura animarum conuenit epiſcopo principaliter,& curato ſecundario,ſequitur ꝙ non eſt idem genus operis proprij utrique.Nam ut patet ex dictis,ex hoc ipſo quòd duo agentia occurrunt,ut principale & ſecundarium, hoc eſt,ut perficiens & adiuuans, ſequitur quòd aliud eſt opus proprium perficientis, & aliud adiuuantis. Sed quia opus adiuuantis ordinatur ad opus perficientis ut ad finem,ideo ab illius forma etiam denominatur:ut patet & in naturalib. in exemplo dato de duce,& militibus reſpectu uictoriȩ. Et ſic curatus dicitur habere curam animarum,quia opera ſua ordinat ad curã animarum, quæ eſt proprium opus epiſcopi.Et per hoc dicitur ſecundario,ſeu per modum adiuuãtis habere curam animarum, non quòd cura animarum ſit eius opus.

¶Ad confirmationem dicitur,ꝙ laborare in agro non dicit tantum unum genus operis.ſed dicit multa operis genera,puta,laborare per modum perficientis, laborare per modum diſponẽtis, laborare per modum adiuuantis &c. Et propterea ex hoc ipſo, quòd curati ſunt de ordine laborantium in agro, non habetur ꝙ eiuſdem rationis ſit labor ſuus cum labore epiſcopali.

¶Ad ultimum dicitur negando antecedens.ſ. curati ſunt ut per

non quantum ad diſtantiam religionis,& ſȩcularis uitȩ.

Ad IIII. dicendum,quòd illi qui a ſtatu religionis aſſumuntur ad curam animarum, cum prius eſſent in ſacris ordinibus conſtituti, aſſequuntur aliquid, quod prius non habebant, ſcilicet officium curæ: non autem deponunt quod prius habebãt, ſcilicet religionis ſtatum. Dicitur enim in Decretis 16. q.1. de monachis. ⁎Qui diu morantes in monaſterijs, ſi poſtea ad clericatus ordines perueniunt, ſtatuimus non debere eos a priori propoſito diſcedere: ſed presbyteri curati,uel archidiaconi,quãdo religionem ingrediuntur, curam deponunt, ut adipiſcantur perfectiorem ſtatum. Vnde ex hoc ipſo excellentia ex parte religionis oſtenditur. In hoc autẽ quòd religioſi laici aſſumuntur in clericatum, & ad ſacros ordines, manifeſtè promouentur ad melius, ſicut ſupra dictum eſt,* & hoc oſtenditur ex ipſo modo loquendi,cum Hieronymus dicit.† Sic in monaſterio uiue, ut clericus eſſe merearis.

Ad v. dicendum, quòd presbyteri curati & archidiaconi ſunt ſimiliores epiſcopis, quàm religioſis quantum ad aliquid.ſ. quantum ad curam animarum, quã ſecundario habent: ſed quãtum ad perpetuã obligationẽ,q̃ requiritur ad ſtatum perfectionis,ſimiliores ſunt epiſcopo religioſi,ut ex ſupra dictis patet.⁎

Ad VI. dicendum, quòd difficultas quæ eſt ex arduitate operis,addit ad perfectionem uirtutis. Difficultas autem quæ prouenit ex exterioribus impedimentis,quãdoque quidem diminuit perfectionem uirtutis, puta, cũ aliquis non tantum uirtutem amat, ut impedimenta uirtutis declinare uelit, ſecundum illud Apoſtoli 1.ad Corinth.9. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Quandoque uerò eſt ſignum perfectioris uirtutis, puta, cum alicui ex inopinato, uel ex neceſſaria cauſa impedimenta uirtutis occurrunt, propter quæ tamen a uirtute non declinat. In ſtatu autem religionis eſt maior difficultas ex arduitate operum: ſed in his qui in ſȩculo uiuunt qualitercunque, eſt maior difficultas ex impedimẽtis uirtutis,quæ religioſi per omnia prouideuitauerunt.

F fectiores.Et ad probationẽ dicitur,diſtinguendo [illegible] officiales perfectiuos poteſt intelligi dupliciter [illegible] uel per modum adiuuantis:& ꝙ curati non ſunt [illegible] cipaliter,ſed per modum adiuuantis tantum [illegible] ſoli ſunt,qui ſunt principaliter perfectiui [illegible]

## QVAESTIO CLXXXV.

*De ijs quæ pertinent ad ſtatum epiſcoporum, in octo articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de his,quȩ pertinent ad ſtatum epiſcoporũ. ET CIRCA hoc quæruntur octo.

¶Primò, Vtrum liceat epiſcopatum appetere.

¶Secundò, Vtrum liceat epiſcopatum finaliter recuſare.

¶Tertiò, Vtrũ oporteat ad epiſcopatum eligere meliorem.

¶Quartò, Vtrũ epiſcopꝰ poſſit ad religionem tranſire.

¶Quintò, Vtrũ liceat ei corpo-

uertat a magnitudine uirtutis abſolutè,ad ſignum [illegible] uirtutis. In religioſis ſiquidẽ difficilius eſt opus [illegible] propterea magnam abſolutè requirit uirtutem. [illegible] impedimenta difficiliora quandoque occurrunt, [illegible] tur,magnam oſtendunt uirtutem,& ſi non occurrunt [illegible] dunt & ſi occurrunt & uincunt:minorem [illegible] uirtutem. Et hæc ſufficiant de comparatione [illegible] ſi plenius uis perſcrutari. lege authorem in [illegible] ſtatus ſui,de perfectione uitæ ſpiritualis, ubi [illegible] diffuſe materiam pertractat.

*¶Super Quæſtionis 185. Articulum primum.*

IN articu.primo,quæſt.185.nota,quòd [illegible] nem trium quæ in epiſcopatu [illegible] cluſiones. Prima iuxta tertium in epiſcopatu [illegible] honorem ac ſufficientiam temporalium, [illegible] manifeſte appetere epiſcopatum ratione [illegible] tium bonorum, & pertinet ad uitij cupiditatis [illegible] Circa quam concluſionem dubium occurrit, [illegible] citum, ſit ita illicitum, quòd ſit peccatum mortale [illegible] enim neutra pars habetur,nec caret ambiguitate [illegible] manda ſit.

¶Ad hoc dicitur, quòd appetere epiſcopatum [illegible]